

LEONARDI PLUKENETT. D.M.
EFFIGIES Ætat: suæ 48 Añó Dom: 1690

LEONARDI PLUC'NETII

PHYTOGRAPHIÆ

PARS QUARTA

CUI

Nil niſi præmia deſunt.



I Collins fec:

LONDINI: MDC XCVI.

Sumptibus Autoris.

Jos: Banks

B L

ALMAGESTUM BOTANICUM

SIVE

PHYTOGRAPHIÆ PLUC'NETIANÆ

ONOMASTICON

Methodo Syntheticâ digeſtum

Exhibens

Stirpium exoticarum, rariorum, novarumque Nomina, quæ Deſcriptionis locum ſupplere poſſunt.

Cui (ad ampliandum regnum Vegetabilium) acceſsêre Plantæ circitèr *Quingentæ* ſuis Nominibus ſimilitèr inſignitæ; Quæ nullibi niſi in hoc opere (ſex ferè Plantarum *Chiliadas* complectente) memorantur.

Adjiciuntur & aliquot novarum Plantarum

ICONES

In gratiam Phylophytoſophorum in lucem nùnc editæ.

Trahit ſua Quemquè Voluptas.



M. Vander Gucht ſul:

Nihil non Herbarum vi effici poſſe, ſed plurimarum vires eſſe incognitas. Plin. lib. 25. cap. 2.

LONDINI: MDCXCVI.
SUMPTIBUS AUTORIS.

Jos: Banks

Sapientiæ Divinæ

QUA

NATURA IPSA OMNIA VEGETANTIA

REGIT ac GUBERNAT.

Cujus Gloriam in excelsis
celebremus Amore, More, Ore, & Re omni.

Nam sine Te noſtrum nil valet ingenium.

BL

BENIGNO LECTORI.

EUdoxus *ille ſplendidus tàm Phyſicus tàm Mathematicus olim (Solis contemplatione tantoperè raptus) è calore Phœbeo ſeſe conflagraturum eſſe conſtantèr in Votis habuerat, ſolummodò luminis ipſius Solis Syſtema totum (Solaribus ex viciniis) ſatis deprehenderet. Adeò in me exarſit excitatus iſte nec* Mecænatum *penuriâ, nec perverſitate faſtidiosâ Temporum, nec ullâ morum barbarie unquàm extinguendus Curioſitatis igniculus, quo ad* Vegetabilis *nova & rariora* Naturæ *luſtranda perpetuò accendor; Ut perindè* mihi *eſt, ac ſi Lucernæ more lucendo conſumor: tàm magnum in rei* Herbariæ *ſtudio proficiendi deſiderium, & ardorem aliquando concepi, non minùs quàm ex* Nominis *Anagrammatiſmo indigitatur, ubi levi literarum tranſmutatione effluxerit ſententia* Ut pene Nullus ſic ardeo. *Uſque adeò verum eſt,*

Rebus conveniant Nomina ſæpe ſuis.

Hìnc Divinationis *genus illùd Veteribus ipſis uſitatum, quo ex* Nominibus *effectus ab illis progreſſuros conjectare ſolebant, ſuam duxit originem; Quod (meo quidèm arbitratu) non omnino improbaretur, ſi* Nomina *(licèt ab ipsâ rerum* Naturâ *non ſint) ab aliquo eſſent excogitata, arte quâdam & ſcientiâ; cujus ex Inſtituto, rebus ipſis formâ (vel externâ) adamuſſim quadrare viderentur.*

Certo enim certius eſt Nomina *ut Symbola quædam data eſſe ad exprimendas & ſignificandas diverſitates rerum & naturas. Ideoque* Nomina *ut & quibus vocibus tanquàm characteribus propriis, Anteceſſores noſtri varia rerum genera, ab invicèm diſcriminârunt. Nèc immeritò exclamavit* Mercellus Vergilius (Comm. in Dioſcorid. lib. 4. cap. 53.) *dicendo, Infælix profectò Ætas hæc noſtra, quæ nèc antiqua in* Plantis *ſervaverit* Nomina, *nec novis appellare, & noviſſe eas gaudeat, patiaturque ſine honore nùnc eſſe quæ in* Naturæ *Majeſtate Antiquitas admirata eſt.*

Pythagoras *ipſe, qui ſemper Ænigmaticè loquutus, cum rogatus Quid eſſet ſapientiſſimum, reſpondet Numerum, Sic interrogatus, Quid ſecundum ad Sapientiàm, reſpondit* Illum *Qui impoſuit* Nomina *rebus: per Numerum intelligens* Mentem *in quâ ſunt rerum Exemplaria, per* Nominum *verò Impoſitorem intelligens* Animam *cujus ſit dare* Nomina *ipſis exemplaribus conformia. Maxima enim (ut dicit* Ariſtoteles*) pars eſt humanæ Sapientiæ, valdè ſimilia poſſe diſtinguere. Et* Platonis *erat effatum.*

Ος τὰ ὀνόματα εἰδῇ ἢ τὰ πράγματα.

Idèoque ex illius decreto Δεῖ πρώτως ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα. *Cui illud* Iſiodori *maximè adſtipulatur.*

Nomina *ſi neſcis perit Cognitio rerum.*

In hâc Plantarum *ſerie reperiet* Botanophilus *peregrina plurìma. Quæ ſuas quidèm Nomenclaturas gentilitias, ab* Americanis *ſecum attulèrunt in noſtrum* Orbem, *ſed nobis æquè barbaras àc ipſi ſunt* Americani: *Is convenientiora* Nomina *& nobis magìs familiaria*

AD LECTOREM.

familiaria indere consultum visum fuit ; quod factum neque insolens hodiè aùt herì usurpari cæptum ; neque levitatis ullius. Enimverò Romanos & Græcos *veteres, quibus acceptam ferimus linguarum quas possidemus propogationem, multa latuêre, quorum possessione hodiernum sæculum gaudet*

Non omnia grandior Ætas
Nos quæ scimus, habet ; seris venit usus ab Annis.

Imprimis sicuti totus Novus Orbis *Antiqaorum nemini cognitus erat, sic & divitiæ* Plantariæ, *quas Is suo ambitu complectitur : proindè cùm plures sint res quàm vocabula, Necessitas imperat ὀνοματοποιεῖν & novas res novis* Nominibus *exornare.*

Non est igitur ut quisquam Institutum nostrum in hoc Opere planè infructuosum & inutile futurum vereatur, Etsi nullas, Plantarum *descriptiones Catalogo nostro publicare statuerimus, cùm illarum* Nomina *adeò artificiosè sunt rebus ipsis secundùm partium configurationes accommodata, ut descriptionis loco inservire apprime possint.*

Neminemque velim moveat (Lector optime) nec id à nobis factum quisquam admiretur, Si nostro Almagesto *plures* Plantarum *Imagines non appinximus, cùm immensus ferè nobis sit* Stirpium *ex longinquis Regionibus advenarum, & à Nemine hactenùs editarum numerus ; Hoc (si veritatem fateri debeam) factum est, non quòd deessent* Plantæ, *nèc quià opus hoc aggrediendi voluntas defuerit.*

Ardet adhùc animus, nec deficit usque voluntas.

Sed ob magnos ingentesque sumptus, quos diutiùs tolerare non poteram ; Fortuna cæca vix nisi invita Melioribus favet, quasi dissonum sit & incongruum *Pluti* cum *Apolline* commercium.

In præsentiarùm ideò festinandum duximus, ut paucis cùm Iconibus, nuda tantummodò Plantarum Nomina, *instàr Fasciculi in unum collecta, in lucem propellamus, ut eorum recordatio apùd Posteros tamdiù vigeret, donèc clarior quidam Medicus vel* Apollo, *cui facultates ad* Plantas *explorandas, delineandas, ære incidendas magìs abundè suppetant ; cui itidem partes Stirpium tàm memorabilium, & tàm novitèr inventarum magìs essentiales, meliùs innotescant, loco eorum introducat nova* Nomina *Naturæ characterismis magìs adæquata, & idonea.*

Tu intereà hoc Speculum Botanicum, *περιμαλείαν verè μεγίστην, Opus si quid aliud, grande & magnificum, plurium annorum, & laboris improbi, ipsâ etiam utilitate se commendaturum, eruditis* Botanophilis *tamdiù expetitum, nostroque hoc sæculo adeò necessarium, ut illo carere haùd facilè possit, ad incrementum Medicinæ & Tuum oblectamentum jam publicè factum, benevolè suscipe, atque in usus Tuos liberalitèr fruere & benè vale,*

——— Atque ab Arbore castâ
——— Nobiscum necte coronam
Postibus, & densos per limina necte corymbos.

Ex Ædib. nostr. ad Palatium antiquum apùd Westmonast. Anno à nato Mundi Salvatore M DC XCVI.

Alma-

Almageſtum Botanicum.

A.

ABAVUS, *Æthiopicus* fructus *Bello, J B.* vid. *Curcurbitifera Arbor.*

ABELMOLOCH *Mauritanorum Imperato. C B P.* vid. *Ricinus.*

ABELMOSCH vulgò vid. *Alcea.*

ABHEL. *Guilandini.* vid. *Cupreſſus-*

ABIES minor, longioribus ſetis, ramulorum ex omni parte, prorumpentibus; *Pinaſtrum* referens. Abies foliis prælongis, Pinum ſimulans, *Raji Hiſt. Pl. app.* 1916. an Picea pumila *Cluſ. Hiſt.* 33. *J B. T.* 1. *lib.* 9. *p.* 241. *Park.* 1538. Picea minor *C B P.*493. & fortè Pinus Tubulus, *s.* Tibulus Plinio, *Dalechamp. Hiſt. Lugd. Pag.*47.

Hanc elegantem *Abiegnam* ſpeciem, ſimilitudinis propinquitate, à *Cl. Hermanno* in *Horti Acad. Lugd. Batav. Catalogo* pag. 497. inter Pinorum genera annumerari, & pro Pino maritimâ minore *C B P.* haberi, exiſtimare æquum eſt, eò quòd hujus alioquin non reticendæ Arboris, nullam inter Abietes, mentionem facit, etiamſi in Hortis *Batavorum* celebrioribus, in hunc uſque diem, nihil fermè frequentiùs colitur, ut nobis retulit D. *Tancredus Robinſon*, M. D. vir omni eruditione clarus, & de re Herbariâ optimè meritus, qui æſtate præterlapſâ è *Belgia* in *Angliam* rediens, hujus ramulum, inter alia ſelectiora illic collecta, ſecum attulit, & nobis amiciſſimè donavit. Similes admodùm ſunt Arbores *Picea* & *Pinaſter*, adeò ut plurimos *Botanices* peritos, hucùſque decepêre, unam pro alterâ aſſumentes: Tanta inter has convenientia veriſimilè in causâ fuit; cur itidèm Antiquorum Botanicorum *Coryphæus* ipſe *Dioſcorides*, ita ambiguè de *Peuce* & *Pity* loquitur, ut indè diſci nequeat, utra earum Arborum ſit *Pinus* vel *Picea:* Hinc etiam probabile eſt *Cl. Cluſ.* dubitationem oriri de *Picea*; Utrum ſit πίτυς *Theophraſti*, an ejuſdem Ἐλάτη ἀρρὴν. Inter tantas eruditorum altercationes circà hanc rem, quid ſi *Pityn* dicamus eſſe *Pinum*, & *Peucen* hanc noſtram Abietem *Pinaſtro* conſimilem, (*i. e.*) *Piceam* veram Antiquorum, concludamus. Hujus Ramuli picturam appoſui in *Phytograph. Tab.* 1. *fig.*1. & illius brevem deſcriptionem ab eruditiſſ. *Rajo* deſumptam, ſubjungere haùd gravabor. *Folia Abiegnis multò longiora ut Pinûs videri poſſint, non tamen bina ſimùl ex eâdem thecâ exeunt, ſed ſingula è ramis euaſcuntur Abietinorum in modum creberrima, anguſta, in mucrones acutos, & pungentes exeuntia, quem florem fructumve ferat, nobis incompertum. Ubi. ſupra.*

Abies major conis ſurſùm ſpectantibus, foliis pectinatim *Taxi* modo diſpoſitis, utrinque virentibus. Abies conis ſurſùm ſpectantibus. *s.* mas. *C B P.* 505. Abies *Taxi.* foliis, *Herman. Hort. Lugd. Bat.* p. 1. qui rectè hanc diſtinguit *Abietis* ſpeciem, à Fœminâ *Theoph. J B.* contrà ſententiam noſtri celeberrimi *Raji*, ut videre eſt in *Hiſt. Pl.* p. 1395. in Hortis curioſorum apud *Belgas* ubique occurrit, ut nos monuit idem laudatus vir *D. D. Tancredus Robinſon*, de quo hujus ſpecimen accepi.

Abies minor pectinatis foliis, *Virginiana*, conis parvis, ſubrotundis, an *Avevetl* & *Ahoehoetl.* ſive Tympanum aqueum, Abies *Mexicana* minor, *Hernand.* apùd *Rec. Hiſt. Mexic.* p. 92. in Horto cultiſſimo, noviſque & minùs cognitis ſtirpibus inſtructiſſimo, *Reverendiſſ. Domini D. Hen. Compton, Epiſcop. Lond.* primò collegimus. à *D. Baniſter* è *Virginia* tranſmiſſa eſt, ubi Arbor vitæ noſtratibus audit. Hujus Iconem videſis *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 1.

ABROTANUM mas. ex *Surinam*, molli hirſutie caneſcens, noſtrum. *Raji. Hiſt. Plantar. app.* p. 1866. in *Horto Fageliano*, apud *Belgas*, jamdudùm collegit, & nobis impertivit ſtirpium rariorum cultor eximius, & nunc Hortulanus *Regius* D. *Georgius London*; hirſutie exceptâ, haùd plurimùm à *magno Camphorato* diſtare videtur.

Abrotanum elatius ſubincanum, foliis creberrimis, ſecundùm caulem, in metæ formam faſtigiatis. àn Abrotanum mas. trifido viridique folio. *Luſitanicum P B P.* 303. hoc elegantiſſimum Abrotani genus, in *Horto Medico Chelſeiano, Londini* ſuburbano, oculis noſtris alioquoties luſtravimus: Cujas autem erat, quibus locis, quâ *Regione* naſcatur, aut undè hùc advenit? nos omnino latet, hujus imaginem habes in *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 2.

Abrotanum mas. *Tingitanum*, ramulis ad tactum glutinoſis; an Abrotanum *Campeſtri* ſimile *Tingitanum. Hort. Lugd.* p. 2. Noſtra tota planta, viſcoſo quodam glutine, manus inficit.

Abrotan. inodorum, foliis Crithmi obſcurè virentibus. *Schol. Botan.* 180.

Abrotan. fœmina verum *Dioſcorid. Zanon.* vid. *Chryſanthemum.*

ABRUS *Alpini*, vid. *Phaſeolus.*

ABSINTHIUM tenuifolium elegans, ex *Hiſpania Cl. Turnefortii, Phytogr. Tab.* 1. *f.* 3. *

Abſinth. *Halepenſe* tenuifol. grati odoris, comâ delicatiori. *Phytogr. Tab.* 73. *Fig.* 2.

Abſinth. Santonicum, *Arabicum.* D. *Bobart. Scheha Arabum*, Abſinthii *Genus*, circà *Bethlehem. Rauwolf. Hiſt. Lugd. app.* p. ult. *Aſſenzo Seriphio vero di Dioſcoride. Zanoni Hiſtor. Botan.* fig. 14. † Hâc pulcherrimâ Abſinthii ſpecie, cum plurimis aliis novis, & illuſtrioribus Plantis, quas ſummâ diligentiâ, ac indefeſſis peregrinationibus, per totam ferè Europam, ſibi conquiſivit, Ornatiſſimus Vir, & hujus *Botanices Scientiæ* verè Ornamentum, D. D. *Guliel. Sherard.* nos ditavit.

Abſinth. Eryſimi folio, Achaovan *Alpini* quodammodò accedens ex inſulâ *Jamaicenſi.* Matricariæ Achaovan dictæ ſimilis, Eryſimi foliis; Abſinthii ſapore, *Jamaicenſis. Phytogr. Tab.* 45. *fig.* 3.

Abſinth. minùs odoratum, *Gangeticum*, floribus Chamæmeli ſolitariis, è foliorum alis; *Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 2.

* *Abrotanum tenuifolium incanum minimum. Bocc. Muſ. pag.* 83. Abſinth. *Tab.* 74. *V. Mant.*

† *Abſinthium Santonicum Alexandrinum, ſeu Sementina et Semen ſanctum. Park. Theatr.* 102. *V. Mant. p.* 1.

Abſinth. Ponticum, repens vel ſupinum. *CBP.* Abſinth. *Ponticum,* ſupinum Herbariorum *Obſ. Lob.* Abſinthium repens. *Tab. Icon.* hujus pictura, exhibetur in *Phytogr.* noſtr. *Tab.* 73. *fig.* 1. Abſinthii ſpecies quibuſdam, Chamæmelum Chryſanthemum, *Fuchſii J B. T.* 3. *lib.* 26. *fol.* 176. *Absinthium pumilum, palmeum, minus, argenteo senecoque folio, Hispanicum et Italicum. Bocc. Mus. p. 81. tab. 71. vi. Mant.*

ABSUS. *J B.* vid *Sena.*

ABUTILON. ejuſque ſpecies, vid. *Alcea.*

ACACIA vera, *s.* Spina Ægyptiaca, ſubrotundis foliis, flore luteo, ſiliquâ brevi pauciorib. iſthmis glabris, & cortice, nigricantibus, donata: Acacia nigra *Theophraſt.* & *Plin.* lib. 13. c. 9. Acacia *Ægyptia, Neapolitana. Fab. Column.* apud *Reccum.* 866. Acacia foliis ſcorpioides leguminoſæ. *CBP.* 392. Acacia mas. *Pr. Alpin.* de *Pl. Ægypt.* p. 15. Acacia vera. *Bellon. Obſ. lib.* 2. c. 56. *J B. Hiſt. Pl. T.* 2. *l.* 12. *p.* 429.† hujus *Icon* exhibetur in *Phytogr.* noſtr. *Tab.* 123. *fig.* 1. ſub titulo Acaciæ *Africanæ,* ſpinis candicantibus horridæ, ſubrotundis foliis odoratiſſimæ.

Acacia altera vera, *s.* Spina *Mazcatenſis,* vel *Arabica,* foliis anguſtiorib. flore albo, ſiliquâ longâ, villosâ, pluribus Iſthmis, & cortice, candicantibus, donata. Acacia candida. *Theoph. lib.* 4. *Hiſt. Pl. c.* 3. & *Plinii,* lib. 24. c. 12. Acacia *Sant,* & *Akakia, s.* Acacia fœmina. *Pr. Alpin. de Pl. Ægypt.* ~~Arbor *Setan,* quæ & *Alcharad* appellatur *Bellunenſis, in Interpret. vocum Avicennæ.*~~ Acacia fortè *Veſling.* in *Obſervat. Proſp. Alpin.* de *Pl. Ægypt.* p. 6. Hujus Iconem videſis in *Tab. noſtra,* 251. *fig.* 1. *Phytogr.*

Eadem floribus luteis, forte Acacia *Ægyptiaca,* foliis ſcorpioides, leguminoſæ; ſiliquis albis, compreſſis, Iſthmo interceptis; floribus luteis. *Hort. Lugd.*

Acacia *Africana* Abruæ foliis, aculeata, ſpinis longiſſ. horrida *Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 2. fortè Acacia Americ. ſpinoſiſſ. floribus luteis globoſis; fructu tenui, toroſo, dulci. *Breyn. Prodr.* 2. an Frutex Palæſtinus *Bellon.* Myrrhæ arbor ab eodem creditus, *Obſ.* lib. 2. c. 80.

Acacia ſpinoſa, foliolis perexiguis, & velutì criſpatis, *Maderaſpatana. Phytogr. Tab.* 73. *fig.* 3. fortè Frutex foliis Acaciæ *Meſopotamicus. Fab. Column. Not. in Reccum.* Acaciæ ſimilis *Meſopotamica* minutiſſ. foliis, ſiliquâ integrâ, contortâ, craſſâ, & obtuſâ, ſive ſiliquâ *Nabathæâ. Breyn. Prodr.* 2.

Acacia *Indica,* ſiliquâ tumidâ, tuberosâ, *Breyn. Prod.* 2. Acacia *Indica Aldin. Hort. Farneſ.* fol. 2. Acacia *Americana* ſiliquis teretibus, ventrioſis, floribus luteis. *P B P.*

Eadem floribus albis. *P B P.* fortè *Uty Braſilienſibus. Marcgrav.* lib. 3. c. 11.

Acaciæ *Indicæ Aldin.* ſimilis, ex *Inſula Maderenſi.*

Acacia *Maderaſpatana* foliolis parvis, aculeis è regione binis, prægrandibus horrida, cortice cinereo. *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 4.

Acacia *Maderaſpatana,* minutiſſ. foliis, aculeis ferocibus, alternis, frondoſa; cortice itidèm cinereo. *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 5.

Acacia *Americana* grandibus aculeis, ad ramulorum exortum, cornua bovina referentibus, ſiliquâ roſtratâ. *Phytogr. Tab.* 122. *fig.* 1. Acacia *Americ.* cornigera, ſiliquis in ſpinam abeuntibus. *PBP.* Acaciæ ſimilis, ſpinis corniformibus, *Mexiocana* quarta; *s.* Arbor cornigera *Mexiocana* quarta, *s.* Spinis magis expanſis, rectis, & craſſiſſimis, latifo-

† *Arbor Setan, quæ et Alcharad appellatur. Bellunensis in interpreti vocum Avicennæ. V. Emend. p. 398.*

Abies major conis ſurſùm ſpectantibus, foliis pectinatim *Taxi* modo diſpoſitis, utrinque virentibus. Abies conis ſurſùm ſpectantibus. *s.* mas. *C B P.* 505. Abies *Taxi.* foliis, *Herman. Hort. Lugd. Bat.* p. 1. qui rectè hanc diſtinguit *Abietis* ſpeciem, à Fœminâ *Theoph. J B.* contrà ſententiam noſtri celeberrimi *Raji*, ut videre eſt in *Hiſt. Pl.* p. 1395. in Hortis curioſorum apud *Belgas* ubique occurrit, ut nos monuit idem laudatus vir *D. D. Tancredus Robinſon*, de quo hujus ſpecimen accepi.

Abies minor pectinatis foliis, *Virginiana*, conis parvis, ſubrotundis, an *Avevetl* & *Ahoehoetl.* ſive Tympanum aqueum, Abies *Mexicana* minor, *Hernand.* apùd *Rec. Hiſt. Mexic.* p. 92. in Horto cultiſſimo, noviſque & minùs cognitis ſtirpibus inſtructiſſimo, *Reverendiſſ. Domini D. Hen. Compton, Epiſcop. Lond.* primò collegimus. à *D. Baniſter* è *Virginia* tranſmiſſa eſt, ubi Arbor vitæ noſtratibus audit. Hujus Iconem videſis *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 1.

ABROTANUM mas. ex *Surinam*, molli hirſutie caneſcens, noſtrum. *Raji. Hiſt. Plantar. app.* p. 1866. in *Horto Fageliano*, apud *Belgas*, jamdudùm collegit, & nobis impertivit ſtirpium rariorum cultor eximius, & nunc Hortulanus *Regius* D. *Georgius London*; hirſutie exceptâ, haùd plurimùm à *magno Camphorato* diſtare videtur.

Abrotanum elatius ſubincanum, foliis creberrimis, ſecundùm caulem, in metæ formam faſtigiatis. an Abrotanum mas. trifido viridique folio. *Luſitanicum P B P.* 303. hoc elegantiſſimum Abrotani genus, in *Horto Medico Chelſeiano, Londini* ſuburbano, oculis noſtris alioquoties luſtravimus: Cujas autem erat, quibus locis, quâ *Regione* naſcatur, aut undè hùc advenit? nos omnino latet, hujus imaginem habes in *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 2.

Abrotanum mas. *Tingitanum*, ramulis ad tactum glutinoſis; an Abrotanum *Campeſtri* ſimile *Tingitanum. Hort. Lugd.* p. 2. Noſtra tota planta, viſcoſo quodam glutine, manus inficit.

Abrotan. inodorum, foliis Crithmi obſcurè virentibus. *Schol. Botan.* 180.

Abrotan. fœmina verum *Dioſcorid. Zanon.* vid. *Chryſanthemum.*

ABRUS *Alpini*, vid. *Phaſeolus.*

ABSINTHIUM tenuifolium elegans, ex *Hiſpania Cl. Turnefortii, Phytogr. Tab.* 1 *f.* 3. *

Abſinth. *Halepenſe* tenuifol. grati odoris, comâ delicatiori. *Phytogr. Tab.* 73. *Fig.* 2.

Abſinth. Santonicum, *Arabicum.* D. *Bobart. Scheha Arabum*, Abſinthii *Genus*, circà *Bethlehem. Rauwolf. Hiſt. Lugd. app.* p. ult. *Aſſenzo Seriphio vero di Dioſcoride. Zanoni Hiſtor. Botan.* fig. 14. † Hâc pulcherrimâ Abſinthii ſpecie, cum plurimis aliis novis, & illuſtrioribus Plantis, quas ſummâ diligentiâ, ac indefeſſis peregrinationibus, per totam ferè Europam, ſibi conquiſivit, Ornatiſſimus Vir, & hujus *Botanices Scientiæ* verè Ornamentum, D. D. *Guliel. Sherard.* nos ditavit.

Abſinth. Eryſimi folio, Achaovan *Alpini* quodammodò accedens ex inſulâ *Jamaicenſi.* Matricariæ Achaovan dictæ ſimilis, Eryſimi foliis; Abſinthii ſapore, *Jamaicenſis. Phytogr. Tab.* 45. *fig.* 3.

Abſinth. minùs odoratum, *Gangeticum*, floribus Chamæmeli ſolitariis, è foliorum alis; *Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 2.

* *Abrotanum tenuifolium incanum minimum. Bocc. Muſ. pag. 83.* Abſinth. *Tab. 74. V. Mant.*

† *Abſinthium Santonicum Alexandrinum, ſeu Sementina et Semen ſanctum. Park. Theatr. 102. V. Mant. p. 1.*

Abſinth. Ponticum, repens vel ſupinum. *CBP.* Abſinth. *Ponticum,* ſupinum Herbariorum *Obſ. Lob.* Abſinthium repens. *Tab. Icon.* hujus pictura, exhibetur in *Phytogr.* noſtr. *Tab.* 73. *fig.* 1. Abſinthii ſpecies quibuſdam, Chamæmelum Chryſanthemum, *Fuchſii J B. T.* 3. *lib.* 26. *fol.* 176. *Absinthium pumilum, palmeum, minus, argenteo sericeoque folio, Hispanicum et Italicum. Bocc. Mus. p. 81. tab. 71. V. mant.*

ABSUS. *J B.* vid *Sena.*

ABUTILON. ejuſque ſpecies, vid. *Alcea.*

ACACIA vera, *s.* Spina Ægyptiaca, ſubrotundis foliis, flore luteo, ſiliquâ brevi pauciorib. iſthmis glabris, & cortice, nigricantibus, donata: Acacia nigra *Theophraſt.* & *Plin.* lib. 13. c. 9. Acacia *Ægyptia, Neapolitana. Fab. Column.* apud *Reccum.* 866. Acacia foliis ſcorpioides leguminoſæ. *CBP.* 392. Acacia mas. *Pr. Alpin.* de *Pl. Ægypt.* p. 15. Acacia vera. *Bellon. Obſ. lib.* 2. c. 56. *J B. Hiſt. Pl. T.* 2. *l.* 12. *p.* 429.† hujus *Icon* exhibetur in *Phytogr.* noſtr. *Tab.* 123. *fig.* 1. ſub titulo Acaciæ *Africanæ,* ſpinis candicantibus horridæ, ſubrotundis foliis odoratiſſimæ.

Acacia altera vera, *s.* Spina *Mazcatenſis,* vel *Arabica,* foliis anguſtiorib. flore albo, ſiliquâ longâ, villoſâ, pluribus Iſthmis, & cortice, candicantibus, donata. Acacia candida. *Theoph. lib.* 4. *Hiſt. Pl. c.* 3. & *Plinii,* lib. 24. c. 12. Acacia *Sant,* & *Akakia, s.* Acacia fœmina. *Pr. Alpin. de Pl. Ægypt.* ~~Arbor *Setan, quæ & Alcharad* appellatur *Bellunenſis, in Interpret. vocum Avicennæ.*~~ Acacia fortè *Veſling.* in *Obſervat. Proſp. Alpin.* de *Pl. Ægypt.* p. 6. Hujus Iconem videſis in *Tab. noſtra,* 251. *fig.* 1. *Phytogr.*

Eadem floribus luteis, forte Acacia *Ægyptiaca,* foliis ſcorpioides, leguminoſæ; ſiliquis albis, compreſſis, Iſthmo interceptis; floribus luteis. *Hort. Lugd.*

Acacia *Africana* Abruæ foliis, aculeata, ſpinis longiſſ. horrida *Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 2. fortè Acacia Americ. ſpinoſiſſ. floribus luteis globoſis; fructu tenui, toroſo, dulci. *Breyn. Prodr.* 2. an Frutex Palæſtinus *Bellon.* Myrrhæ arbor ab eodem creditus, *Obſ.* lib. 2. c. 80.

Acacia ſpinoſa, foliolis perexiguis, & velutì criſpatis, *Maderaſpatana. Phytogr. Tab.* 73. *fig.* 3. fortè Frutex foliis Acaciæ *Meſopotamicus. Fab. Column. Not. in Reccum.* Acaciæ ſimilis *Meſopotamica* minutiſſ. foliis, ſiliquâ integrâ, contortâ, craſſâ, & obtuſâ, ſive ſiliquâ *Nabathæâ. Breyn. Prodr.* 2.

Acacia *Indica,* ſiliquâ tumidâ, tuberoſâ, *Breyn. Prod.* 2. Acacia *Indica Aldin. Hort. Farneſ.* fol. 2. Acacia *Americana* ſiliquis teretibus, ventrioſis, floribus luteis. *P B P.*

Eadem floribus albis. *P B P.* fortè *Uty Braſilienſibus. Marcgrav.* lib. 3. c. 11.

Acaciæ *Indicæ Aldin.* ſimilis, ex *Inſula Maderenſi.*

Acacia *Maderaſpatana* foliolis parvis, aculeis è regione binis, prægrandibus horrida, cortice cinereo. *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 4.

Acacia *Maderaſpatana,* minutiſſ. foliis, aculeis ferocibus, alternis, frondoſa; cortice itidèm cinereo. *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 5.

Acacia *Americana* grandibus aculeis, ad ramulorum exortum, cornua bovina referentibus, ſiliquâ roſtratâ. *Phytogr. Tab.* 122. *fig.* 1. Acacia *Americ.* cornigera, ſiliquis in ſpinam abeuntibus. *PBP.* Acaciæ ſimilis, ſpinis corniformibus, *Mexiocana* quarta; *s.* Arbor cornigera *Mexiocana* quarta, *s.* Spinis magis expanſis, rectis, & craſſiſſimis,

 latifo-

† *Arbor Setan, quæ et Alcharad appellatur. Bellunensis in interpreti vocum Avicennæ. V. Emend. p. 398.*

latifolia, fructu minore roſtrato, rubro. *Breyn. Prodr.* 2. fol. 6. *Querna Luſitanis*; Hoitmamaxalli, ſive Arbor cornigera *Hernandez.* apud *Recc.* fol. 86.

Acacia *Americana* cornigera, anguſtifolia, ſtrictioribus aculeis. in *Hort. Reg. Hampt.* hodierno tempore colitur.

Acacia *Maderaſpatana* ſpinoſa, pinnis velutì lunulatis, acutioribus Myrti æmulis, nervo pinnularum, ad unum latus vergente, ſiliquâ latâ. *Phytogr. Tab.* 122. *fig.* 2. an *Intſia Malabarorum. H M. P.* 6. p. 7.

Acacia *Maderaſpatana*, ſpinoſa, *Intſiæ* accedens, cortice cinereo, ramulis communi pediculo binis. *Phytogr. Tab.* 2. *fig.* 1. ſpinis aduncis.

Acacia *Maderaſpatana* ſpinoſa, ramoſior, cortice cinereo, ramulis plerùnque ex uno pediculo binis, aculeis rectis, brevioribus, craſſis. *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 3.

Acacia tenuifolia *Maderaſpatana*, ſpinis brevibus recurvis, albicantibus, cortice fuſco; *Phytogr. Tab.* 121. *fig.* 6. *ubi pinnulæ nimis latæ & obtuſæ pinguntur, cætera, ſtudioſiſſimè cælata, elegantèr ejus ramulum in medio Tabulæ, ſeorſim pictum, vides.* an Mimosa arborea *Javanenſis* ſpinoſa, tenuiſſimis pinnis, ſiliquâ latâ, pergrandi, ſpadiceâ. *Breyn. Prodr.* 2. fol. 73. Eadem fortè cum Mizquitl. *s.* Acacia Mexicana. *Hernand. apùd Recc.* p. 59. 455. & 867.

Acacia Zeylanica minùs ſpinoſa, pinnularum coſtis, & caule, rufeſcente hirſutie, villoſa. *Phyt. Tab.* 122. *fig.* 3. in *Hort. Reg. Hamptoniæ* collegimus. Fortè Mizquitl. *Michuacanenſis s.* Acacia *Nov. Hiſpan.* 2. *Hern. apud Recc.* p. 60. (*i. e.*) Tlacotic. 1ª. ejuſd. *Hernand. ibid. pag.* 417. ubi & Imago exhibetur.

Acaciæ fortè cognatus è Maderaſpatán. Frutex Vitis Idææ Bengalenſis noſtræ foliis, & ramulis alternis, ad foliorum ortum, ſpinis exiguis aſperatus. *Phytogr. Tab.* 122. *fig.* 4. Hanc ut & plures elegantiſſimas Acaciarum ſpecies, nec non quamplurimas alias perraras, & peregrinas ſtirpes, quas nitidè exſiccatas, & inter chartas repoſitas, à Fratre ſuo chariſſimo, ex *Orientali India* ſibi advectas habuit, Ornatiſſ. & perhumanus Vir D. *Carolus* du *Bois Londinenſis* Mercator celeberrimus, & rei *Herbariæ* cultor eximius, nobis ad exſculpendum benignè conceſſit.

Acaciæ quodammodò accedens, *s.* Ceratiæ & Acaciæ media *Jamaicenſis* ſpinoſa, bigeminatis foliis, flòſculis ſtamineis, atro nitente fructu, ſiliquis intortis. *Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 6. Unguis cati, arbor *Americana*, ſpinoſa, ſiliquoſa. *P B P.* Huic congener eſt Guabipocacabiba *Braſilienſ. Piſon.* Caſſiæ fiſtulæ non purganti *Braſilienſibus* affinis *Jonſtoni. Dendrolog.* p. 384. quam *Cl. Breyn.* eandem facit cum arbore ſuâ ſiliquoſâ *Braſilianâ*, ſiliquâ tortuoſâ, putreſcente, Fraxinellæ foliis. *Cent.* 1. *fol.* 7.

Acacia *glorioſa*, Lentiſci folio, ſpinoſa, flore ſpicato, luteo, ſiliquâ magnâ muricatâ *Phytogr. Tab.* 2. *fig.* 2. Arbor ſpinoſa Indica, muricatis ſiliquis *Park.* Arbor exotica ſpinoſa foliis Lentiſci. *CBP.* 399. itèm Rubus exoticus ejuſd. *CBP.* Rubi facie ſenticoſa Planta *Lobelio J B. Tom.* 2. item Lobus ἐχινώδης cum piſo duro, cinerei coloris ejuſd. *J B. Tom.* 1. lib. 12. 439. itèm Fructus peregrinus tanquàm torno elaboratus argenteus *ejuſd. Tom.* 1. lib. 3. fol. 311. & fructus rotundus, levis, argenteus, *J B. T.* 1. lib. 3. c. 48. Inimboy *Braſilienſibus Marcg.* p. 12. Icon autèm minùs artificiosè delineata, exhibetur pag. 56. Arboris truncus ſpinoſus *Hiſt. Lugd.* deſcript. at figura ſub titulo *Nerii* facie ſecundo loco, habetur p. 1831. Bonduch *Zanoni* Caretti. *H M.* p. 2. fig. 22. fol. 33. Lobus echinatus, fructu exſio, foliis longioribus. *P B P.*

Acacia

Acacia *glorioſa*, Lentiſci rotundioribus foliis, ſpinoſa, fructu flavo. Fructus peregrinus 6. orbiculari penè rotunditate, tanquàm torno elaboratus, flavus. *Clus. exot.* lib.2. c. 29.

Eadem, fructu rubicundo.

Acacia *glorioſa Golcondæa*, ſpinis crebrioribus, Lentiſci foliis, Inimboy triplò minoribus.

Acacia *glorioſa* Lentiſci folio, ſpinis Vidua. an Bonduch *Indorum*, ſiliquâ minimè ſpinosâ. *Raji Hiſt. Pl.* 1800. cujus ſiliquam, in Illuſtri *Medii Templi Londinenſ.* & omnium Rerum Naturalium refertiſſimo, *Muſæo Corteniano*, aliquandò ſe conſpexiſſe memoratur.

Acacia *glorioſa Zeylanica*, tinctoria, amplioribus foliis, ſpinoſa. Criſta pavonis, Coronillæ foliis 2.ª *s.* tinctoria Indica, flore luteo racemoſo minore, ſiliquâ latiſſimâ glabrâ, lignum rubrum *Sappan* dictum, ferens. *Breyn. Prodr.*2. p.37. Erythroxylum. *s.* lignum rubrum *Indicum* ſpinoſiſſimum, Coluteæ foliis, floribus luteis, ſiliquis maximis. *P B P.* Santalum 8.m *s.* Ligno *Braſiliano* ſimile. *C B P.* 393. Lignum *Sapou* lanis tingendis percommodum. *Linſchot.* p. 2. *Ind. Or.* cap. 24. *Jonſt.* Dendrogr. lib. 9. f. 458. *Tsjampangam. H. M.* p. 6. *Tab.* 2. cujus lobus Pathanga *Zeylanenſibus* audit. & *Cluſio* ſub nomine Lobi membranacei nigri, tumidi, exot. lib. 3. cap. 16. (ex ſententiâ *Cl. Raji Hiſt.* 1737. & 1775.) deſcribitur, & depingitur. Lobus cortice membranaceo atro tumido *C B P.*

Acacia *glorioſa* ſpinis armata, (cujus lignum *Braſilia* dictum) tinctoria, Criſta pavonis Coronillæ folio 3.ª *s.* tinctoria maxima *Braſiliana* flore variegato, parvo: odoratiſſ. ſiliquâ aculeatâ, lignum *Braſilium* dictum, ferens. *Breyn. Prodr.* 2. 37. Erythroxylum *Braſilian.* ſpinoſ. foliis Acaciæ. *P B P.* Arbor *Braſilia Theveti. Hiſt. Lugd.* Santalum. 5.m vel Pſeudo-Santalum rubrum. *s.* Arbor *Braſiliâ C B P.* 393. Ibirapitangha, *s.* Lignum rubrum. *Piſonis* p. 164.

Acacia *Orientalis glorioſa*, Coluteæ foliis, rachi medio ad genicula, ſolummodò ſpinis, gemellis aculeata. Criſta pavonis Coronillæ fol. 1. *s.* floribus ſpicatis ampliſſ. ex aureo & coccineo variegatis, ſiliquâ Piſi. *Breyn. Prodr.* 2. 37. Frutex pavoninus. *s.* Criſta pavonis *ejuſd.* in *Cent.* 1. Erythroxylum Indicum minùs ſpinoſum, Coluteæ foliis, ſiliquis auguſtioribus, flore ex luteo & rubro elegantèr variegato. *P B P.* Flos Indicus, Cauda pavonis dicta, *Cat. Hort. Leyd. jam olim edit.* Monarakudimbija *Zeylonenſibus*. Flos pavoninus, *Luſitanis*.

Acacia *glorioſa* Coluteæ folio *Chinenſis*, rachi medio tàm ad genicula quam ad internodia, ſpinis curtis duplicatis, deorsùm inflexis, munito, an Wawoulæthya *Cingalenſibus* dicta, à Wawoulæ *(i. e.)* Veſpertilione, quod ejus ſpinulæ, ſimiles ſint unguiculis Veſpertilionum, quibus tanquàm hamulis, Arborum ramis, in *India* obſervantur affixæ.

Acacia *glorioſa* Inſulæ, *Jamaicenſis*, foliis minoribus ſubrotundis, ſpinis ad genicula ſimplicibus, floribus flavo-purpureis. an Acacia Orbis *Americani* altera, flore pulcherrimo. *Cat. H R P.* p. 3: fortè Camolxochitl Maxiocan. *s.* Arbor floribus Caſſiæ *Hernandez apud Recc.* 361. Superba *Barbadenſium* Noſtratibus vulgò.

Acacia *glorioſa* ſpinis carens. Tsietti Mandaru. *Hort. Malab.* p. 6. *Tab.* 1.

Acacia *glorioſa Benghalenſis*, Sesban *Ægyptiacæ* foliis auguſtioribus, floribus ardentèr rubentibus, non ſpinoſa. à D. *Parry* Chirurgo *Londinenſi* peritiſſimo, nobis fuit communicata.

Acacia *Javanica* non ſpinoſa, foliis maximis ſplendentibus. *Hort. Beaumont.* Cadawang Indigenis dicta. an Acacia Coluteæ foliis ex *Java*, non ſpinoſa, ſiliquis longiſſimis. *Cl. Herman. Cat. Mſs.* vid. hujus Iconem in *Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 3.

Acacia non ſpinoſa, *Jamaicenſis*, foliolis latâ baſi, in metæ formam faſtigiatis. Hujus exhibetur Icon, in *Phytogr. noſtr. Tab.* 251. *fig.* 2.

Acacia non ſpinoſa Wagæ *Malabaricæ* ſimilis, è Maderaſpatan. *Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 4. ſub titulo Codomoric, aliquandò etiam habuimus, ex oris *Cochinenſibus*.

Acacia non ſpinoſa minor è *Quaracoa. s.* Curaſſavica, flore albo globoſo. *Phytogr. Tab.* 2. *fig.* 3. Acacia *Americana* non ſpinoſa, foliis Scorpioides leguminoſæ, flore albo globoſo, ſiliquis fuſcis. *Hort. Amſtelod.* p. 4. fortè Tehoaxin Mexicenſibus *Hernand. apud Recc.* 409.

Acaciæ ſimilis non ſpinoſa, ramulis alternis, *Maderaſpatana. Phytogr. Tab.* 1. *fig.* 5. àn Nilicamaram. *H. M.* pro hujus Synonymo, Canna Indica arborea *Zanoni*, ponitur à *Breynio. Prodr.* 1. cùm Nellikam *ejuſd.* huic magis convenire videatur.

Acaciæ affinis *Virginiana* ſpinoſa, ſiliquâ membranaceâ planâ, floribus albis papilionaceis. Anagyridis modo in Uvam propendentibus. *Phytogr. Tab.* 73. *fig.* 4. Acacia *Virginiana* ſiliquis glabris. *Raji Hiſt.* 1719. Anagyris *Americana* ſpinoſa floribus albis odoratis *P B P.* 311. item Laburnum odoratum *Cannadenſe*, foliis Coluteæ ejuſd. *P B P.* 345. Laburnum ſpinoſum *Mauritanicum*, foliis Glycyrrhizæ, flore albo. *Breyn. Prodr.* 1. itèm Glycyrrhiza, *s.* Glycyrrhizæ affinis ſpinoſa, arboreſcens *Mauritanica*. Laburni flore albo. ejuſd. *Br. Prodr.* 2. Arbor ſiliquoſa *Virginienſis* ſpinoſa, Locus noſtratibus dicta. *Park* 1550. Acacia *Africana* Cornuti. *Florenti Schuyl Cat. Hort. Lugd. Bat.* fol. 6. *Cl.* noſter *Rajus* præcitato loco monuit, hanc arborem, Acaciam *Americanam Robini*, ab Hortulanis noſtris, aliiſq; ſæpiſſime falsò nominari ; at pro hujus Synonymo, ab autore *P. B. Prodromi.* Acacia *Americana Robini*, ponitur p. 311. ubi ſubjungit, *per errorem* in *Horto Lugd. Batav.* titulo Acaciæ, *Americanæ* Coluteæ foliis monococcæ, ſiliquis echinatis indigitata fuit ; inſimùl autèm, hunc errorem ex *Cornuto* conceptum eſſe, planè innuens, ac ſi hæc noſtra Acaciæ affinis *Virginiana* ſpinoſa, (*i. e.*) Anagyris *Americana* ſpinoſa, floribus albis odoratis *P B P.* eſſet re verâ unum & idem cum Acaciâ *Americanâ Cornuto, Robini*.

Hujus arboris cortex interior, ſuavis admodùm eſt ſaporis, adeò ut Glycyrrhizæ quam plurimùm accedat, quâ cum ſapore, & foliorum figurâ, in tantum convenit, ut proindè à quibuſdam Noſtratium in *Virginia* degentium, *The Liquorice Tree*, (*i. e.*) Glycyrrhiza arbor, vulgò nuncupatur.

Acacia trifolia. *C B P.* vid. *Cytiſo-ſpartum*.

ACAJAIBA arbor, cujus fructus *Acajou Piſonis*. Vide *Anacardium*.

ACANTHIUM. ejuſq; ſpecies. vid. *Carduus*.

ACANTHUS Sylveſtris, mitioribus ſpinis. Acanthus medius, rarioribus & brevioribus aculeis donatus. D. *Fagon. Sch. Botan.* 219. Acanthus ſpinoſus Syriacus. D. *Bobart*.

ACER majus latifolium, *Sycomorus falso*, foliis ex albo & viridi, elegantèr variegatis.

Acer majus folio rotundiore minusq; laciniato. *Raji Hist. Pl.* 1710. Acer montanum flavum, *s.* crispum. *C B P.* 431. Opulus montanus. *Hist. Lugd.* 94.

Acer *Virginian.* folio majore, subtùs argenteo, suprà viridi splendente. *Phytogr. Tab.* 2: *fig.* 4. Acer floreſcens *Virginiana*, vulgò. Arborem hanc magnitudine & proceritate eximiam, in *Hort.* D. *Joh. Tradescanti Lambethæ* ad Austrum, jàm olim enutritam, sæpè conspeximus, sed eam ibi unquàm floruisse, à nemine memoratum audiimus. Floribundam autèm hujus arborem, ac numerosis floribus ruberrimis, ornatam, in *Hort. Med. Chelseian.* nuperrimè obſervavimus.

Acer montanum, *Orientalis* Platani foliis atro-virentibus. *Phytogr. noſtr. Tab.* 252. *F.* 1. Acer montanum tenuissimis, & acutis foliis. *C B P.* 431. Acer montanum. *Park. Theatr.* 1426. Aceris majoris varietas. *J B. Tom.* 1. l. 8. p. 168.

Acer trifolia. *CBP.* 431. Acer monspessulanum. *J B. T.* 1 l. 8. p. 167. an Acer *Cretica. Pr. Alpini exot.* p. 9. hujus Arboris hactenùs nullibì exhibetur genuina figura, nisi in *noſtr. Phytogr. Tab.* 251. *fig.* 3.

Acer maximum foliis, trifidis & quinquifidis, *Virginianum. Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 4. & 5. Negundo perperàm dicta, Arbor *Virginiana. Hort. Beaum.* Arbor exotica, foliis Fraxini instar, pinnatis, & serratis. Negundo perperam credita, *Raji Hist. Pl.* 1798. Arbor fortè Saccharifera *Canadensium Indorum.* vid. *Rajum* 1701.

Acer *Benghalense*, Laurinis foliis, fructu tergemino, totidèm membranulis extantibus alato. *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 1: hujus ipsissimæ Arboris exemplar, non ità pridèm ex Insulâ *Jamaicensi* allatum, accepimus.

Cui folia Lauri parùm abludentia, crassa, venosa, ex brevi pediculo, cauli appensa, bijuga, fructu ad ramulorum summitatem tergemino, vasculis, duriusculis ternis, arctè cohærentibus, & ferè in unum conjunctis, membranis totidèm extantibus, alis muscarum similibus, unum è directo, cæteris lateraliter adnexis, incluso. Plura non licet; sufficiet hujus Iconem genuinam demonstrasse, quam invenies in *Phytogr.* loco prius citato.

Aceris *cognata*, foliis oblongis, rugosis, serratis, ad Ulmum accedentibus; vasculis disjunctis, membranis foliaceis, seminibus ipsis appositis pluribus confertis. Ostrya Ulmo similis, fructu in Umbilicis foliaceis. *CBP.* 427. Fagus Sepium vulgò; Ostrys *Theophrasti J. B. Tom.* 1. l. 8. fol. 146. & *Caspar Bauh. in Matthiolum* lib. 1. cap. 95. Carpinus *Matthiol.* ibid. Ostrys. *s.* Ostrya *Theophrasti. Park. Theatr.*

Aceris *cognata* Ostrya dicta, floreſcens, *Virginiana.* Carpinus *Virginiana* floreſcens. *Phytogr. Tab.* 156. *fig.* 1. Fagus floreſcens *Virginiana*, Carpini foliis. *Horti Beaum.* ex seminibus à D. *Banister*, è *Virginia* transmissis, in *Horto Comptoniano* copiosè provenit. Forte Tzitzin. *Nov. Hispan.* apud *Terentium*, qui *Recci* Icones explicavit, quam vid. ad *Thesaur. Recc.* fol. 436.

Acer minus fructu orbiculari, Salicis folio Brasilianum, *s.* foliis & fructibus majoribus. *Breyn. Prodr.* 2. fol. 8. Salix Brasilienſis folliculifera. *Johnston Dendrograph. Tab.* 126. Frutex innominatus instar Salicis pumilæ, in arenosis locis nascens. *Marcgr.* fol. 76.

Acer *Virginianum* odoratum. *Herman Cat. H. Lugd. vid. Liquidambari arbor.*

ACETOSA *Virginiana*, anguſto longoq; folio. fortè Acetoſa *Pyrenaica*, anguſtiſſimo, & longiſſimo folio. *Sch. Bot.* 97.

Acetoſa Veſicaria *Tingitana*, perennis repens, foliis longis ſinuatis. *Moriſ. Hiſt.* 2. 583. Acetoſa dentata perennis, *Tingitana. Zanon. Hiſt. Botan.* 14. Lapathum maritimum, fœtidum. *C B P.* 116. & in *Prodr.* 56.

Acetoſa Veſicaria, utriuſq; *Indiæ* annua. Acetoſa *Americana*, longiſſimis pediculis donata. *C B P.* 114. Acetoſa Veſicaria *American. Parkinſono, Raji Hiſt.* 179.

Acetoſa rotundifolia hortenſis. *C B P.* 114. *Raji Hiſt.* 180. Oxalis ſativa *Franca. s. Romana* rotundifolia. *Park.* Oxalis folio rotundiore repens. *J B. T.* 2. lib. 23, 991. Acetoſa ſcutata, repens. *Triumfetti.* fol. 68. hujus autèm *Icon.* ad fol. 26. apponitur.

Acetoſa repens *Weſtmorlandica*, Cochleariæ foliis, apicibus nonnihil ſinuatis. *Phytogr. Tab.* 252. Acetoſa rotundifolia, repens, *Eboracenſis*, folio in medio deliquium patiente. *Moriſ. Hiſt. Pl.* 583. Acetoſa ſcutata repens. *C B P.* 114. & *Prodr.* 55. ut & Acetoſa rotundifolia Alpina. ejuſd. in *Pinac.* & *Prodr. ibidem. Park. Theatr.* 744. Itèm Acetoſa *Cambrobritannica* montana. *ejuſd.* 745.

Hæc elegans Acetoſæ ſpecies, non ſolùm *Weſtmorlandiæ* Provinciæ noſtræ, Alumna eſt, ubi à D. *Thoma Lawſon*, viro rariorum Plantarum, in Angliâ ſponte naſcentium, induſtrio admodùm Indagatore, primùm fuit inventa, ſed etiàm, copiosè provenit in Cambriâ juxtà Scaturigines aquarum, cautibus clivoſis *Montis Snowdon*, ſupra Vicum *Llandberis*, necnon ad rivulos in confragoſis rupibus Montis *Cader Idris*, ſuprà lacum quendam, noſtratibus *Lhiny-Cau* dictum, ut Amicus noſter plurimùm venerandus, & alter quidam Anglorum *Plinius* D. D. *Rajus* ex ſua propriâ Obſervatione reliquit, *Hiſt. Plant. app.* 1856. at in agro Eboracenſi à nullo unquàm (quantùm ego intelligerem) hactenùs reperta fuit, ideoq; nomen à *Moriſono*, minùs propriè adaptatum erat; potiori etenim jure, Natali Veſtmorlandiæ ſolo, hujus titulus exornari debet.

* Acetoſa arboreſcens, ſubrotundo folio; ex *Inſulis Fortunatis. Phytogr. Tab.* 252. Oxalis (fortè) rotundifolia, à *Rovillio* picta. *Ponæ.* Et Lunaria Magorum Arabum. *Penæ ejuſd. Deſcript. Montis Baldi ad finem.* Lunaria magorum Arabum. *J B. T.* 2. lib. 23. 994. *Lob. Obſ.* 470. & *Icon.* 808. Lunaria magorum Arabum quid? *C B P.* 355. Lunaria Oxalidis rotundæ folio, quam nondùm videre licuit. *C B. Phytopin.* 145.

Aconitis ſpecies multa recenſentur in Supplendis et Emendandis. p. 398.

ACHIOTL *Mexicana, s.* Medicina tingendo apta, *Hernand.* vid. *Orleana.*

ACINOS vid. *Clinopodium.*

ACORUS verus *Aſiaticus*, radice tenuiore, vel Calamus aromaticus *Garciæ.* Vaembù. *HM. P.* 11. *Tab.* 48 haùd multùm differt à Noſtrati. fortè Capicatinga, aliis Jacarecatinga, Acori Species. *Piſonis* lib. 4. cap. 57.

ACULEOSA *Mauritanica*, Ericæ foliolis hirſutis, rigidis, infeſto mucrone pungentibus, flore amplo tetrapetalo, colore lurido, unguiculis magnis, atropurpureis. *Phytogr. Tab.* 252. *fig.* 4.

* *Acetoſa Cretica ſemine aculeato. C. B. P. 114. et Prodr. V. Emend. pag. 398. Beta aculeata Cretica quibusdam. V. Mant. Appendix.*

Acetoſa Ocymi folio Neapolitana. C. B. P. ibid. Acetoſa Ocymi folio Neapolitana Βοτρεψαλεψος α. *Fab. Col. Ecphr. part. 1. p. 151. Hæc cum præcedente non eſt confundenda. Emend. p. 389.*

ADHATODE

ADHATODE *Zeylonenſium, Muſ. Zeyl.* hoc eſt Medicina fœtum mortuum expellens *Græcis* Ecbolium *Hort. Lugd. app.* Dictamno ſortè affinis *Indica* arboreſcens Lauri *Americanæ* foliis. *s.* Ecbolium *Zeylanicum* foliis Laurinis *Breyn. Prod.* 2. fol. 41. Wanæpala *Malabarorum.* Exſtat hujus Icon in *Phytogr.* noſtr. *Tab.* 173. *fig.* 3.

ADIANTHUM; *s.* Filix Trichomanoides *Jamaicenſis* pinnulis auriculatis ad baſim ſtrictioribus & rarius dentatis major, *Phytogr. Tab.* 253. *fig.* 5. an Polytrichum. ſaxatile dentatum. *Carol. Plumier Deſcript. des Plant de L'Amerique Tab.* 50. Filiculæ petrææ ex *Inſulis Stœchadibus. CBP.* ſive Chamæfilici marinæ noſtratì proximè accedere nobis videtur.

Adianthum maritimum ſegmentis anguſtioribus *Caribæarum. Phytogr. Tab.* 124. *fig.* 5 præcedentis videtur eſſe ſpeciem minorem.

Adianthum ; *s.* Filix Trichomanoides *Jamaicenſis* , pinnulis auriculatis, dentatis, ad baſim amplioribus, radiculas ex nutante apice, in terram demittens. *Phytogr. Tab.* 253. *fig.* 4.

Adianth. *s.* Filix Trichomanoides *Jamaicenſis* pumila pinnulis auriculatis, ad petiolum anguſtis per ambitum minutiſſimè denticulatis. *Phytogr. Tab.* 251. *fig.* 4.

Adianthum maritimum ſegmentis rotundioribus. *Schol. Botan.* p 4. Adianthum mas *Tabern. Icon.* 797, *CBP.* 355. ubi planè fatetur, Quid ſit hoc Adianthi genus ſe nondùm aſſequi. Iconem hujus videſis in *Phytogr.* noſtrâ, *Tab.* 73. *fig.* 6.

Adianthum *Trichomanes* dictum, caule viridi, foliis ſerratis. *Mentzel. pugill.* Trichomanes minus & tenerius. *CBP.* 356. Trichomanes montana, coſtâ viridi, foliis altiùs inciſis. *Raij. Synops. Stirp. Britannic.*

Adianth. *Trichomanes* dictum *Virginianum* in ramulos divaricatum. Trichomanes ramoſum. *CBP.* 356. hanc ſpeciem in *Cambriâ* noſtrâ à D. *Lloyd* nuperrimè inventam eſſe audio, ac eleganter ramoſum muris ſaxeis innatum ipſemet conſpexi in Horto amiciſſimi Viri *Philippi Owen Armigeri,* apud *Maidſtoniam* in agro *Cantiano* non ignobile Oppidum.

Adianth. *s.* Trichomanes *Bermudenſe* , maximum , ſerratis foliis auriculatum. *Phytogr. Tab.* 125. *fig.* 1. ex dono D. *Petever* accepimus.

Adianth. *s.* Trichomanes maximum, *Americanum,* ſubtùs argenteum , pinnulis productioribus, ſerratis, ſummo caule involutis, ex inſulâ *Jamaicenſ.*

Adianth. album floridum. *s.* Filicula petræa criſpa *Raij Hiſt. Pl.* 153. Filicula montana florida perelegans *ejuſd. Cat. Angl.* 109. Adianth. album criſpum Alpinum *Schwenckfeld. JB. T.* 3. *l.* 37. 753. Icon habetur in *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 2.

Adianth. album floridum, Cicutariæ folio , *Virginianum,* noſtrum. *Raij. Hiſt. app.* 1854. vid. *Phytogr, Tab.* 3. *fig.* 4.

Adianthum foliis inferioribus Coriandri, cæteris Rutæ murariæ, vel Fumariæ, *Schol. Bot.* p. 4. Lunarià racemoſa multifido folio. *CBP.* 355. Lunaria botryites ramoſa *Sileſiaca JB. T.* 3. *l.* 35. 711. de hujus Synonymis ut ex probabili ſuâ ſententiâ, nunquam ſatìs laudatus Vir D. D. *Sherard* candidè nos monuit, cujus & exemplar, é penu ſuo paulo antè, humaniſſimè impertivit, ubi ſtatìm ſuſpicabar eandem eſſe hanc plantulam cum Adiantho vero affini minore, Scoticâ, folio obtuſo, ſaturatè viridi. D. *Sibbaldi Prodr. Scotiæ. P.* 2. *l.* 1. *f.* 8.

Adianth. foliis minutìm in oblongum ſciſſis, pediculo viridi. *C B P.* 355. Adianthum album tenuifolium Rutæ murariæ accedens *J B. T.* 3. *l.* 37. 743. in *Walliâ* nuperrimè (ut aiunt) à D. *Lloyd* reperta eſt. Exhibetur hujus Icon *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 3.

Adianthum exoticum Rutæ murariæ æmulum pinnulis oblongis, anguſtis in ſummitate tripartitò retuſis. hanc elegantem Capillarem, æri incidendam, nobis communicavit D. *Parry* Chirurgus *Londinenſis*; cujus Icon habetur in *Phytogr. Tab.* 73. *fig.* 5.

Adianthum nigrum *Chinenſe* tenuitèr diviſum, pinnulis minimis, obtuſis, plerumque bifidis. *Raji Hiſt. Pl. app.* 1854. iſte conſummatiſſimus Philoſophus qui apud ſuos omnium Botanicorum Pater & Princeps facilè æſtimandus eſt, non dedignatus fuit, viva voce, nos commonefacere, ſe dudùm opinari, hanc pulcherrimam *Indiæ Orientalis* alumnam, eandem eſſe Filici ſaxatili criſpæ. *Park. Theatr.* 1044. cujus Icon habetur in *append.* fol. 1686. deſcriptio *Rajana* ſubſequitur. *Hujus cauliculus*, s. *Scapus folii medius ramulos emittit alternos, in ſurculos paritèr alternatìm poſitos diviſos, & hos demùm, in pinnulas minimas ab anguſto principio paulatim dilatatas ad ſummum uſque, quod latiuſculum & plerumque bifidum eſt.* Hujus ramulum deſcriptionis Autor habuit ab egregio Botanico, & Pharmacopæo *Londinenſi*, D° *Jacobo Petever*; qui poſteà ad Iconem exſculpendam, nobis libentèr conceſſit, quam videſis *Phytogr. Tab.* 4. *fig.* 1. Adianthum minus foliis, in ſummitate retuſis. *Carol. Plumier Deſcript. des Plant. de l'Ameriq. Tab.* 50. *fig.* 6. huic noſtro accedere videtur, & fortè idem eſt cum proximo præcedenti.

Adianthum *Africanum* Rutæ murariæ æmulum, ſegmentis longioribus acutis. *Phytogr. Tab.* 123. *fig.* 6.

Adianthum radicoſum humi-ſparſum, s. Filicula pellucida noſtras, Coriandri foliolis mollicellis, globuliferum. *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 5. Adianth. petræum, perpuſillum, Anglicum, foliis bifidis vel trifidis, *Newtoni. Raij Hiſt. Pl.* 141. fortè Filicula ſaxatilis fol. Coriandri. *Mentzel. pugill.* Amicus noſter Dom' *Georgius Daire* Pharmacopæus *Londinenſis* peritiſſimus, & ad *Herbariam Scientiam* promovendam paratiſſimus; fuit primus qui circà *Tunbrigiam Cantii* oppidum, hanc plantulam ſpectabilem, anteà nobis inviſam, feliciter adinvenit, & inter amicos ſuos ſpecimina liberè diffudit.

Adianthum radicoſum erectius, foliolis imis biſectis, cæteris verò integris, tenuiſſimè crenatis. *Phytogr. Tab.* 3. *fig.* 6.

Adianthum fruticoſum Coriandri folio Jamaicenſe pediculis foliorum politiori nitore nigricantibus. fortè Adianthum fruticoſum *Braſilianum. C B. Prodr.* 150. vid. *Phytogr. Tab.* 254. *fig.* 1.

Adianthum fruticoſum Æthiopicum, pinnulis amplis, ſubrotundis, ſupernè dentatis, media pinnarum parte, petiolis inſidentibus. *Phytogr. Tab.* 253. *fig.* 2.

Adianth. fruticoſ. *Bermudenſe* ſummis ramulis erectis, & in metæ formam faſtigiatis. *Phytogr. Tab.* 124. *fig.* 1. à peritiſſimo Botanico Dom' *Jacobo Petever* habuimus.

Adianth. fruticoſum *Americanum* ſummis ramulis reflexis, & in orbem expanſis. *Phytogr. Tab.* 124. *fig.* 2. Adianth. Americanum *Cornuti* de *Pl. Canad. p.* 7. Adianth. fruticoſ. *American. Park. Theatr.* variis Curioſorum in Hortis, circà *Londinum.*

Adiantho *Canadenſi* ſimilis ex inſulâ *Maderenſi.*

Adian-

BL

Adianthum *Chinenſe* perelegans ramoſum, folio flabelliformi cum rubedine perfuſo *Phytogr. Tab.* 4. *fig.* 3. Adianthum foliis Coriandri ramoſum, *Raij Hiſt. Pl. app.* 1853. Flabella perminuta ex *Indiâ* pro fœminis noſtris illata, cùm ſint plurimùm expanſa, hujus folia, ubique alterno ſitu diſpoſita, non malè exprimere videantur, ut videſis ex *Icone* ad *Tab. ſupradictam* appoſita. hujus ramulum optimè ſiccatum è *Chinâ* advectum, nobis, ut & *Cl. Raio*, communicavit ſuperiùs laudatus D. *Jacobus Petever.*

Adianthum *Jamaicenſe*, pinnulis auriculatis ramoſum, quinis ramulis ex eodem cauliculi puncto expanſis, ornatum. *Phytogr Tab.* 253. *fig.* 3. Adianthum ramoſum radiatum, *Carol. Plumier. Deſcript. Pl. Americ. Tab.* 49. Polytrichum *American. Terterii, traite 3. des Antilles. Tom.* 2. *c.* 1. *l*

Adianthum *Barbadenſe*, auriculatum ramoſum majus, ſegmentis craſſioribus minutiſſimè denticulatum. *Phyt. Tab.* 125. *fig.* 2.

Adianthum *Jamaicenſe*, Lonchitidis amplioribus foliis, non ramoſum, pediculo atronitente. *Phytogr. Tab.* 252. *fig.* 5. *l*

Adianthum *Jamaicenſe* Lonchitidis falcatis foliis, ramoſum, pediculis ſplendentibus nigris. *Phyt. Tab.* 253. *fig.* 1. huc fortè ſpectat Adianthum nigrum pinnulis, Lonchitidis ſerratis, minus. *Carol. Plumier. Tab.* 48. *l*

Adianthum *Narbonenſe* foliis longioribus & acutioribus pulverulentis, pediculo nigro *Sch. Bot.* munere D. *Sherard* accepimus, hujus pictura exhibetur in *Phytogr. Tab.* 124. *f.* 4.

Adianthum nigrum *s.* Dryopteris *Chinenſis*, lanuginoſa. *Raij Hiſt. Pl. app.* 1854. an Lonchitis *Maranthæ*, Ceterach ramoſum quorundam, *Lob. Icon.* 816. *s.* Polypodium, *Iluenſe Hiſt. Lugd.* 1230. quæ ſecundum utroſque *Bauhinos* ſunt unum & idem. Deſcriptio talis ex *Cl. Raio* ubi ſupr. *Hujus folia (totalia) longiora & anguſtiora ſunt, magnitudinis ratione habitâ, quam Dryopteris nigra Officinarum, in ramulos ex adverſo plerumque ſitos diviſa: at pinnulæ in ramulis alternatim plurimùm diſpoſitæ ſunt, hæ autem diviſurâ ſuâ folium Quernum quodammodo imitantur; pediculi, ut in Dryopteride vulgari, ex ſpadiceo nigricant: Verùm hæc planta inſigni notâ ab omnibus nobis hactenùs viſis Capillarium ſpeciebus differt, quod non pediculi tantùm, ſed pinnulæ, ſeu folia ipſa hirſuta, & lanuginoſa ſunt.*

Adianthum Calomelanos *Americanum*, *s.* Adianth. nigrum, foliis pronâ parte candidiſſimis. *Phyt. Tab.* 124. *f.* 3. fortè Adianthum nigrum Americanum, pulvere candidiſſimo aſperſum. *Breyn. Cent.* 1. 190. fortè etiam Conambai Miri. *s.* Adianthi Braſiliani ſpecies 2ª. *Piſon. p.* 234. & Avenqua Luſitanis minor, *Marcgr.* Ex inſulis *Jamaicenſi*, & *Barbadenſi* nobis advecta.

Adianthum album *Canarienſe*, ramoſius. *

Adianthum maritimum ſegmentis longioribus, anguſtis, auriculatis, & crenatis, *s.* Filicula maritima ex *Inſulis Caribæis*. vid. *Filix.*

ADONIA puſilla, ſegetum foliis tenuibus trifidis ſpicâ leviter piloſa caudam vulpinam referente. Ranunculus Alopecuroides Ajugæ foliis *Boccon. de Pl. Siculis. fol.* 28. Ranunculus Ceratophyllos ſeminibus falcatis in ſpicam adactis *Moriſ. Prælud. Bot.* 299. Melampyrum perpuſillum luteum, *Park. Th.* 1328. Melampyrum luteum minimum. *C B P.* 234.

* *Hæc planta iterum memoratur pag. 156 hujus Libri ſub titulo Filicis ramoſæ Canarienſis, &c. cujus Icon exhibetur Tab. 291. fig. 2. Vide Amalth. p. 91. pl. 7.*

Adonia puſilla ſegetalis gramineis foliis ſpiſſis, flore obſoleto, ſpicâ caudam murinam æmulante. Myoſuros. *J B. Tom.* 3. *l.* 31. 512. Holoſteo affinis Cauda muris. *CBP.* 190. hujus proſapiæ ſunt inter *Herbas ſemine nudo polyſpermas*; & ad Ranunculorum genus accedunt.

AESCHYNOMENE ſpinoſa, latifolia, ſiliquis radiatis. *Breyn.* vid. *Onobrychidi affinis.*
Aeſchynomene, *s.* Mimoſa non ſpinoſa, major, *Zeylanica. Breyn.* vid. *Onobrychis.*
Aeſchynomene, foliis minimis, noſtra. *Raij.* vid. *Mimoſa.*

AGATY *HM.* vid. *Galegæ affinis.*

Arbor *Americana* Sindophoros Laurifolia, Ficus *Indicæ* modo radicoſa, linteaminis ſpeciem miræ tenuitatis, quaſi telam araneam, ſub externo cortice proferens. Logato arbor, & **Gawſe-Tree** *Jamaicenſibus* noſtratibus dicta. Enzanda (fortè) *Philip Pigafettæ. Regn. Congo deſcript. lib.* 1. *cap.* 4. *in Loandâ Inſulâ ad oſtia fluminis Coanza. regn. Congo, proveniens; ſub ejus externo ſeu primo cortice invenitur quaſi tela quædam, quâ contusâ, purgatâ, deindè in longitudinem expansâ, plebi in Veſtimentorum uſus ſervit.* Eadem eſt (ut ſuſpicor) Mahot arbor *Caribana Rochfort, des Antill.* Ex cujus cortice, decoris gratia, pro veſtibus fiunt inſtitæ & laciniæ, ut notavit *Ogilbeius Americ. fol.* 348. Eadem & Matombe arbor *Æthiopica* ejuſd. *Ogilb. Afric.* Ex hujus enim corticibus, panniculos quoſdam, & linteamina in longitudinem evulſos *Fungenenſes*, Populi Inferioris *Æthiopiæ*, pro mercibus permutant: Iisdem etiam panniculis *Luſitani* in *Lovando* Inſula, ſempèr pro nummis uſi ſunt; atque etiamnùm hujus loci Indigenæ, vice monetæ probæ utuntur, non minùs eorum copiâ, quàm noſtri ſuo auro ſuperbientes. Inſulæ *Jamaicenſis* alumna eſt. Et à Ficu arbore noſtra *Americana* Arbuti foliis non ſerratâ, *Phytogr. Tab.* 178. *fig.* 4. haùd multùm abludere videtur. àn Gelſomoro arboris ab *incolis* dictæ cortex, in quibuſdam *Indiæ* locis pecunia eſt. *C B P.* 513. *Pigafett. ibid.*

Arbor *Americana* Tænidiophoros, Vittas & tæniolas plurimas tramoſericas, ſe invicem incumbentes longitudinalitèr, ſub externo cortice ferens. *Virginienſibus* noſtratibus, the **Ribband Tree** & interdùm **Lace Tree**, & **Baſſe Tree**, nuncupatur. àn hæc ſit veriùs Mahot arbor *Caribana D. Rochforti. Vid. Ogilb. Americ. fol.* 377. *Vide Mant. pag. 75.*

Arbor *Indica* Lauro-ceraſi foliis, è *Maderaspatan.* fortè Kopang arbor *Novanglicana* antiarthritica. *P B P.* Hujus Icon habetur *Phytogr.* 148. *fig.* 2.

Arbor *Jamaicenſis* Laurifoliis, pronâ parte Cyprii expoliti colore fulgentibus, & quaſi *Sandyce* tinctis: Chryſodendros *Americana. Phytogr. Tab.* 263. *fig.* 4. Hujus fructus **Star-apple** noſtratibus audit. Melanaſtrophorodendros. Et fortè de genere Meſpilorum. Sappadillia's *Hiſpaniolenſibus* dicta.

* Arbor *Jamaicenſis* inodora, foliis Camphoriferæ ſimilibus. *Phytogr. Tab.* 265. *fig.* 2.

Arbor *Sycophora*, Caryophylli aromatici foliis & facie, *Jamaicenſis. Phytogr. Tab.* 266. *fig.* 1.

Arbor *Sycophora Jamaicenſis* foliis minoribus. Fortè Itti alu. *H M. P.* 1. *fig.* 26. Fortè etiàm, Ficus arbor denſioribus foliis parvis integris Ambonenſis. *Phytogr. Tab.* 243. quam accepi ab honeſto Viro *Caſparo Gemperle Germano*, Æſtuarii in *H R H.* cuſtode diligentiſſimo. Hujus Icon exhibetur in *Phytogr. Tab.* 266. *fig.* 2.

Arbor *Jamaicenſis* Bon Arabum foliis haùd multùm impar.

Arbor *Americana* Sebeſtenæ foliis pallidioribus, longis petiolis inſidentibus, cortice candicante. *Phytogr. Tab.* 270. *fig.* 2.

Arbor *Orientalis* baccifera, Laurifoliis craſſis, & venoſis, per ſiccitatem atroniten-tibus, quaſi *Vernice* tinctis, polypyrene. *Phytogr. Tab.* 140. *fig.* 2. àn Perin Panêl *HM.* P. 5.

Arbor (fortè) Balſamifera, àn Nerio affinis *Malabarica* ſummo folio mucronato? *Phytogr. Tab* 269. *fig.* 4. ad oras *Malabaricas* collegit D. *Alex. Brown.* Et ejuſd. ramulum jam olim accepimus ex Oris *Cormandel.* *V. p. 363. pl. 2.*

Arbor (fortè) Balſamifera, àn Nerio affinis *Malabarica*, prælongis rigidioribus & ſub-rotundis foliis per ſiccitatem nigris. *Phytogr. Tab.* 270. *fig.* 1.

Arbor *Virginiana* Piſaminis folio baccata, Benzoinum redolens. *Phytogr.* 139. *fig.* 3. Fortè Balſamum ex *Peru. J B. T.* 1. àn Benjoinum, cujus Arboris folio Citri. *ejuſd. J B.* Benzoinifera aut Arbor Benevifera *Garciæ.* Fortè Izacariba *Braſilienſibus Piſon. fol.* 122. *Horti Comptoniani* eſt ſingulare Ornamentum. Depingitur & in *Phytogr. ubi ſupr.* ejuſdem ramulus ſub Verni temporis exortum, floſculis hexapetalis muſcoſis, ex luteo vireſcentibus, plurimis ſimul ad foliorum ortum onuſtus; quos ſuccedunt baccæ monopyrenes.

Arbuſcula baccifera *Canarienſis*, Syringæ cæruleæ foliis, purpurantibus venis, fructu monopyreno. Yerva-mora *Hiſpanorum.* *Borea ... Linn. 326*

Arbor *Americana* Guaiaci *Patavini* folio, Styracis fructu, D. *Herm.* monente inſigni Botanico. D. *D. Richardſon.* fortè Guaiaco *Occidico* ſimilis Arbor, *Park. Th.* 1587.

Arbor Inſulæ *Jamaicenſis*, Guaiavæ foliis & facie, fortè Guititoroba *Braſilienſium. Marcgr. lib.* 3. *cap.* 9. *fol.* 113. **Steen Apple** *Belgis. Phytogr. Tab.* 267. *fig.* 2.

Arbor *Malabarica* folio *Sambac* Arabum τετραπτερος, *s.* quadripinnato fructu, quatuor foliaceis ſecundùm longitudinem, extantibus aliis, donato. *Phytogr. Tab.* 263. *fig.* 3.

* *Arbor americana Limonii magnitudine fructum ferens. Jamaicensibus Pinguin dicta. Tab. 327. fig. 1. Emend. pag. 399.*

Arbor

Arbor *Indica* Mali aurantiæ foliis obtusioribus è *Maderaſpatan. Phytogr. Tab.* 142. *fig.* 2. àn Akara Patsjotti. *H M.* P. 5.

Arbor lonchifolia *Ind. Or.* comantibus floribus, & ferè corymbosis. *Phytogr. Tab.* 142. *fig.* 1. Haùd tam pridèm didici, hanc arborem re verâ nihil aliud esse quàm Mao, *s.* Mau, vel Mangas, *HM. P.* 4. *Tab.* 1. *&* 2. Arbor Mangifera *Bontii*, lib. 6. cap. 5. Cujus fructus, Persicæ similis putamine villoso à *Caſparo Bauhino* vocatur in *Pinac.* 440. & quibusdam Ambo & Amba nuncupatur.

Arbor *Javanica* Persicæ foliis. *Herm. Cat. Mſſ.* è *Maderaſpatan.* Fortè Curutu-pala *HM.* P. 1. àn Arbor *Indica* Mali Persici folio? *Hort. Beaum. fol.* 10.

Arbusçula viscosa, Elæagni foliis lætè virentibus, *Americana* tricoccos; aliàs, Ricini fructu Arbusçula *Bermudenſis* foliis longioribus viscosis, nostratibus colonis **Broom** nuncupata. àn Saponaria tricoccos minor *Americana?* Hujus exhibetur Icon in *Phytogr. Tab.* 141. *fig.* 1. *Vid. Acta Philoſoph. Anni 1700. p. 717.*

Arbor aculeata *Barbados* Insulæ, ramulis incurvis, Scenam topiariam efformans Lachrymifera, fortè Stactesiua, *s.* Myrrham liquidam fundens *Americana.* Nostratibus Colonis **Weeping Bower** nuncupata. *Phytogr. Tab.* 145. *fig.* 3. àn Acaciæ cognata planta? *I B. T.* 1. *foliis & ſpinis Jujubæ concoloribus, cui ſurculi tortiles, per crebra intervalla geminis aculeis donantur; cornua limacis exerta referentibus, &c. gerunt.*

Arbor lactescens aculeata, foliis Quernis *Americana*, Bdellifera (fortè.) Arbor, *s.* Bdellium ferens in *Americâ. Phytogr. Tab.* 145. *fig.* 2. Arbusçula *Portoricenſis* lactescens, foliis Quercinis, spinis geminis ad singulorum foliorum ortum, exasperata. *H. Beaum.* Quercinis foliis Arbusçula spinosa lactescens, *Portoricenſis P B P.* àn Ahuapatlis Tilacensis? *Hernand.* apùd *Recc. fol.* 91.

Arbor aculeata, *Caroliniana*, spinis grandioribus, crebris tuberculis innascentibus; cortice urens. Arbor spinosa *Virginiana* caudice & ramis Lanigeræ spinosæ *Malabaricæ* similis, *Raii Hiſt. Pl.* 1800. Clava *Herculis Grevii* in *Muſ. Societ. Regiæ.* in *Horto Med. Chelſeiano* auspiciis D. *Samuel Doody* nunc colitur.

Arbor *Biſnagarica* Myrti amplioribus foliis crassis, per siccitatem nigris, Cubebæ sapore. *Phytogr. Tab.* 140. *fig.* 1. àn Myrtidanum Hippocratis? fortè Comacum Antiquorum, *s.* Cumuc Javanensibus modernis, quo nomine & Cubebæ ab iis insigniuntur.

Arbor è *Cormandel* vasculifera, foliis amplis Myrsinites rigidioribus nostra *Raii. Hiſt. Plant. Phytogr. Tab.* 13. *fig.* 4.

Arbor *Orientalis* Bellidis spinosæ solidioribus foliis, capsulis parvis quadripartitis. *Kiluke Cingalenſibus* dicta. *Phytogr. Tab.* 77. *fig.* 3. Hujus specimen exsiccatum Insigni Botanico, D. D. *Tancred. Robinſono* debemus.

Arbor Aristolochiæ foliis *Maderaſpatana*, fructu parvo Medicæ aduistàr involuto. *Phytogr. Tab.* 13. *fig.* 2. àn Gummi Elemi fundens Arbor *Orientalis?*

Arbor *Biſnagarica* Tiliæ foliis, Canschi *Malabaricæ* aliquatenùs accedens, *Phytogr. Tab.* 143. *fig.* 2.

Arbor *Americana* Oleomelliflua, cuspidatis foliis, crenatis, & dilutè virentibus, polypyrene. *Phytogr. Tab.* 142. *fig.* 3. **Wild Honey Tree**, (*i. e.*) Agriomelodendros, *Barbadenſibus* dicta, eò (fortè) quòd in hujus Arboris ramos, Sylvestres Apes pro mellificiis suis, favos construunt. àn Micatzonte camimiaoatl. *Nov.*

Hisp. Terentii apùd *Reccum. fol.* 333. fortè etiam Arbor *Brasiliana* cujus ramorum extremitatibus, Vespæ nidificant apud *Pisonem. lib.* 5. *cap.* 12, *fol.* 287.

Arbor *Americana*, foliis ad Chenopodii ampliora folia, accedentibus, ex Insulâ *Barbadensi. Phytogr. Tab.* 242. *fig.* 1.

Arbor *Americana* Faginis foliis glabris, crenis rarioribus, per marginem dentatis, ex Insula *Barbadensi. Phytogr. Tab.* 241. *fig.* 3. Arbor (fortè) ex quâ gummi Almesiga dictum, destillat in *Angolâ. Ogilb. Afr. fol.* 557.

Arbor *Zeylanica*, Cotini foliis subtùs lanugine villosis, floribus albis, *Cuculi* modo laciniatis. *Phytogr. Tab.* 241. *fig.* 4. àn Frutex innominatus secundus, *Marcgr. Hist. Pl.* lib. 2. cap. 14. *Jonst. Dendrol.* 465? àn fortè Sorbi species. à *Cl. viro* D. *Tancred Robinsono* accepimus.

Arbor *Americana* Mancinello dicta, fructu pomi venenato, nucleis septenis & pluribus, in Osficulo muricato, totidèm loculis dispertito, inclusis. *Phytogr. Tab.* 142. *fig.* 4. Mantionel *Ligonis* nostri *Hist. Barbad. fol.* 68. Prunifacie fructus Mansamillias dictus *Purchesii Navigat. T.* 1. *Sect.* 1. *lib.* 4. *c.* 4. *fol.* 415. Macamillo *de Laet. Ind. Occid. lib.* 1. *cap.* 1. àn Arbor venenata fructum ferens pilæ magnitudine, visu speciosum, sed venenatum? *Thevet. Hist. Lugd.* 1834. *forte* Juglandis ferè facie, Fructus exoticus, sulcatus, tuberosus. *J B. T.* 1. *lib.* 3. *fol.* 399. *forte etiam* Fructus peregrinus orbiculatus novem nervis distinctus minor, cum Osficulo anguloso ejusd. *J B.* Fructus Orbicularis minor novem venis, ut & semen distinctus. *C B P.* Fructus Orbicularis peregrinus secundus nervis distinctus. *Clus. exot. lib.* 2. *cap.* 10. Hujus poma liquamen illud pretiosum, quod voce peregrinâ nominamus *Ceshup*, & in divitum ganneam ab *India* usque adfertur, maximè olent.

Arbor *Americana* Salicis folio frondosa, *Bermudensibus* **Birch Tree** (i. e.) Betula arbor dicta. *Phytogr. Tab.* 241. *fig.* 5. fortè Sabsaf *Syrorum Rawolf. Hist. Lugd. app.* ad D. *Petever* transmissa.

Arbuscula *Ind. Or.* perrara, Saligneis rigidioribus foliis è regione binis, quodammodo adumbratis, Lithospermi auguloso semina, in spicâ magnâ speciosâ, quàm plurimis ramulis falcatis, coagmentatâ, proferens.

Arbuscula *Canariensis* Salicis, aut potiùs Oleæ Sylv. *Barbadensium* foliis & facie, seminibus ad tactum (quando maturis) è capsulis cùm strepitu prosilientibus, **Snap Tree** nostratibus vulgò: in *Hort. Reg. Sancti Jacobi* apùd *Westmonasterium* præterito anno curâ D. *Georg. London* ex Seminibus natæ sunt quamplurimæ hujus adolescentes arbuscula. Iconem videsis in *Phytogr. nostrâ Tab.* 313. *fig.* 1. *nond. edit.* Quòad Vascula seminalia magnam habet convenientiam cum Curini Speciebus *Malabarorum.*

Arbor *Æthiopica* leguminosa, cordatis foliis, siliquis latis, brevibus, ruffâ lanugine vestitis, *Phytogr. Tab.* 266 *fig.* 3. ab Ornatissimo viro D. *Alexand. Brown* accepi.

Arbuscula *Indica* siliquosa, Coryli foliis parvis serratis, summâ parte sinuatis. *Phytogr. Tab.* 139. *fig.* 5. àn Uxana P. *Amman. Charact. Plant.* 443. Karin Tagera *H M. P.* 6. *Tab.* 25.

Arbor siliquifera Faginis foliis *Americana*, floribus comosis. *Phytogr. Tab.* 141. *fig.* 2. àn Arbor *Sinus Sancti Augustini* Fagi species, quæ fructum Fabis similem fert. *Jonst. Dendrograph. fol.* 209. Fortè etiam Frutex innominatus, ligno saligno, foliis

ad

ad Myrti folia accedentibus, ſed longè majoribus, *Marcgr. fol.* 82. Spaniſh Oak, (i. e.) Quercus *Hiſpanica Barbadenſibus* noſtratibus dicta.

Arbuſcula *Zeylanica*, Aceris folio baccifera, foliis è directo, magis anguloſis. *Phytogr. Tab.* 14. *fig.* 3.

Arbuſcula *Biſnagarica*, Aceris folio parvo, aculeata, foliis è regione binis. *Phytogr. ibid.*

Arbuſcula è *Maderaſpatan*, foliis Aceris, alternâ vice, lucidè virentibus. *Phytogr. ibid.* àn Buebenda Planta *Orientalis Zanon. Iſtor. Bot. cap.* 31. *fig.* 23. *fol.* 60.

Arbuſcula *Bengalenſis*, Aceris minore folio incano, alternatim poſito. *Phytogr. ibid.*

Arbuſcula *India Orient.* corticem tenuiſſimum, lævem, colore & ſapore Coryophylli aromaticum proferens. àn hujus cortex ſit Seitaragi *Arabum? J B. T.* 1. *l.* 4. *fol.* 462.

Arbuſcula Vetadagú *Malabaricæ* ſimilis è *Maderaſpatan. Phytogr. Tab.* 143. *fig.* 3.

Arbuſcula *Jamaicenſis* Betulæ foliis accedentibus, levitèr crenatis. *Phytogr. Tab.* 262. *fig.* 2.

Arbor *Jamaicenſis* Pruno ſylveſtri affinis *Canmadenſis* ſimili folio, Betulæ in modum virguloſa; *Phytogr. Tab.* 268. *f.* 1. àn Glans Unguentaria *Matthioli*, *C B P.* Balanus Myrepſica *Pharagon* incolis ad Montem *Sinai Bellonii Obſ. l.* 2. *c.* 61. Macalep album *Rauolf.* ~~fortè etiàm Avellana purgatrix, & Ben *Monardis, cap.* 47. *V. Em. p.* 399.~~

Arbor Inſulæ *Jamaicenſis* alterno ſitu, Fraxini foliis, margine non crenatis. *Phytogr. Tab.* 270. *fig.* 3. Bacciferam eſſe ſuſpicor.

Arbor *Jamaicenſis* Fraxini alatis foliis, floribus pentapetalis, corymboſis. *Phytogr. Tab.* 269. *fig.* 1. àn Cuitlacopalli, *s.* Stercus Copallis, Copallifera ſexta, Leproſa ſecunda *Hernandez* apud *Recc. fol.* 48.

Arbor *Malabarica* Fraxini ferè folio, Officulo fructus octangulari. *Phytogr. Tab.* 269. *fig.* 2. àn Neli-pouli, *s.* Bilimbi altera minor. *H M. Part* 3. *fol.* 57.

Arbor *Americana* alatis foliis pomifera, *Jamaicenſibus Anglis*, the Naſebury Tree, (i. e.) Arbor Naſeburienſis nuncupatur. *Phytogr. Tab.* 269. *fig.* 3. de Meſpilorum genere ut ſuſpicor. *Sappodillias Hiſpaniolenſibus* dicta.*

Arbuſcula Azederachti ferè foliis alatis, ex Oris *Cormandel. Phytogr. Tab.* 270. *fig.* 4. àn Frutex Petroſelini foliis *Virginianus*, D. *Baniſt. Cat. Virgin*? àn Copalli montana, *s.* Tecopalli Quahuitl, Copallifera 5a. montana, *Hernand.* apud *Recc. fol.* 47?

Arbor *Americana* alatis foliis, ſucco lacteo venenata. *Phytogr. Tab.* 145. *fig.* 2. Fortè Ahoay-miri. *Piſon. fol.* 308. Fortè etiam Ahoay-guacu, *s.* major. Arbor nucifera *Braſiliana* Mali foliis fœtidiſſima; ſed noſtra folia non fœtant; ideoq; àn potiùs Tangaracæ ſecunda ſpecies, *Piſonis* fol. 301?

Arbor *Americana* Lentiſci foliis fervida. *Phytogr. Tab.* 141. *fig.* 3. àn Holoquohuitl, *s.* Arbor Chilli, *Mexicenſium Hernand. fol.* 50. Fuſtickwood *Neviſenſibus Anglis* perperam dicta.

Arbuſcula Arbuti alatis foliis, *Africana*, fortè Jamboloins. *Park. Th.* 1636.† Hujus exemplar apùd *Promontorium Bonæ Spei* collectum, ſingulari amicitiâ nobis communicavit, Ornatiſſ. nec non Clariſſ. vir D. *Patricius Adair* Medicinæ & Chirurgiæ facultatibus exercitatiſſimus. àn Carandas *Garciæ C B P.* 460 Auzuba *Oviedi*, &c.

* *Arbor, quæ a D. Sloane in Catal. Jamaic. p. 206. dicitur, The Nasebury Tree, ab hac Plukenetiana multum differt. Folia enim alata non habet, sed simplicia, Laurinis simillima; qualibus foliis vestitum ramulum ipse etiam e Jamaica accepi cum eodem titulo. MS.*

† *Hujus Icon exhibetur Phytogr. Tab. 141. fig. 4.*

Arbuſcula *Maderaſpatana* Liguſtri facie, folio Viſci arborei colore & conſiſtentiâ pari. *Phytogr. Tab.* 143. *fig.* 1. àn Kasjou-panel. *H M. P.* 5. eſt enim Baccifera, ut nuperrimè nos monuit D. *Jacobus Petever. Hujus alia Icon. Amt. t.* 364. *fig.* 4.

Arbor Ingæ *Braſilianæ* foliis *Africana* tricoccos, fructu Mehenbethene *Cortuſi Cluſio*, accedente, ex *Codice Comptoniano. Phytogr. Tab.* 144. *fig.* 2.

Arbor *Americana* pinnatis Fraxini foliis, fructu reniformi, Phaſeolum exprimente, Spaniſh Aſh (i. e.) Ornus *Hiſpanica*, *Barbadenſibus* noſtratibus dicta. *Phytogr. Tab.* 140. *fig.* 3. eſt Balſamifera fortè. àn Hoitziloxitl *Mexicenſibus? Hernand. fol.* 51? fortè Taxoctlifera *Mexicana Nierembergii Hiſt. exot. lib.* 14. *cap.* 62. huic noſtræ quodammodò accedit. ~~àn huic fortè convenit Pekey arbor *Maragnanæ* Inſulæ *de Lact. Ind. Occ. lib.* 16. *cap.* 11~~ *V. Emend. p.* 399. *ſub titulo Ceratiæ Braſilienſis, et.*

Arbor *Americana* baccata, cujus baccæ Crapulariæ (i. e.) Tipple Berrys *Barbadenſibus* audiunt, eò (fortè) quòd in potu aliquandiù infuſæ, crapulam inducunt. *Phytogr. Tab.* 140. *fig.* 4. Huic fortè ſpectat Quauhcoyoli Chietla *Nov. Hiſpan. Terent.* apùd *Recc. fol.* 400: *Botanicis ſtudioſis ſerius inquirendum propono; àn non hæc ſit Arbor illa pumila, à Monarde, Benzone, Petro Ciecâ, aliiſque de Rebus Americanis Scriptoribus memorata, quam Peruviani Cocam appellant, cujus foliorum geſtatione, in ore, ut Orientales ſuo Betre delectantur Indigenæ, & velùt Panchreſtum quoddam Pharmacum circumferunt, quippè ejus præſidio freti, integrum diem, nullius nec cibi, nec potus egentes, iter faciunt. Imò hanc noſtram Cocæ non accedere tantùm, ſed eandem planè arborem eſſe exiſtimo.* Myrto ſimilis *Indica* fructu racemoſo. *C B P.* 469. Coca herba *Benzoni. Part* 6. *l.* 3. *c.* 10. & *Part.* 9. *l.* 3. *c.* 20. & *lib.* 4. *cap.* 22. ubi habetur, *Indis hujus folia, pro pecuniâ eſſe. Arbor pumila foliis Myrti, vel ab aliis Rhois Coriariorum, cujus in toto Peru uſus eſt folio ore detento famem & ſitim aliquandiu inter peregrinandum levantes.* Coca *Indorum* foliis Myrti. *J B. plura de hâc vid. in Hiſt. Pl. J B. T.* 1. *lib.* 4. *fol.* 240. & quomodò inebriat.

Arbor triſtis Myrto ſimilis. *C B P.* 469. Arbor triſtis, *Garciæ, Acoſtæ, Fragoſi*, aliorumq; àn Tsjovanna Amelpodi, *H M. P.* 6. *Tab.* 47? Hùc etiam ſpectat Manjapumeram ejuſd. *H M. P.* 1. *fig.* 21. & rectius poſſit nominari. Jaſminum arboreſcens bacciferum, ex Oris *Malavaricis*. Hujus Iconem in *Phytogr.* noſtr. depingi curavimus, ad *Tab.* 262. *fig.* 4. *Vid. Emend.*

Arbor *Americana* baccifera Myrtifolia, viminalibus virgis, *s.* Flagellifera major, *Barbadenſibus* Rod wood dicta. *Phytogr. Tab.* 139. *fig.* 6. Myrtho Laurifolio ſimilis *Americana. Hort. Beaum.* 30. & fortè Myrthi ſpecies ex Vera Cruce *P B P.* àn Ibipitanga, *s.* Ceraſus *Braſilianus. Piſonis lib.* 4. *cap.* 101.

Eadem longiùs mucronatis, *s.* cuſpidatis & punctatis foliis, ſive Flagellifera minor. *Phytogr. ibid. fig.* 7.

Arbor *ſpinoſa* rigidioribus Fraxinellæ foliis in aculeum abeuntibus, *Maderaſpatana. Phytogr. Tab.* 148. *fig.* 1.

Arbuſcula *Ind. Orient.* Hexaphylla, floſculis exiguis, in ſpicam poſitis, folio tenericri. *Phytogr. Tab.* 148. *fig.* 3.

Arbuſcula *Ind. Orient.* Hexaphylla foliis firmioribus, ſpicatis floribus, calyce amplo. *Phytogr. ibid. fig.* 4.

Ar'or

Arbor *Malabarienſis* alatis foliis quinis, floribus muſcoſis in ſpicam digeſtis. *Phytogr. Tab.* 265. *fig.* 4.

Arbor Prunifera Sphærulas ſaponarias ferens tetraphylla, ex *India Orient. Phytogr. Tab.* 14. *fig.* 6. àn Saponaria arbor *Zeylanica* trifolia ſemine Lupini. Conghas *Zeylonenſibus. P B P?*

Arbuſcula *Barbadenſis* Ciſti foliis ferrugineis, hirſutis, circà caulem, ad intervalla confertis. *Phytogr. Tab.* 144. *fig.* 4.

Arbor *Syrinamenſis* Lauri denſioribus foliis, quinis, ab uno exortu prodeuntibus. Hujus ramulum, humaniſſimus Vir. D. *Geo. London* nobis amicè communicavit, qui à Reverendiſſ. Viro Domino de *Marees Hagæ-Comitis* in *Hollandiâ* rerum Botanicarum æſtimatore inſigni, cum aliis quamplurimis reſiccatis plantis *Syrinamenſibus* adhùc incognitis, accipiebat. Hujus habetur Icon in *Phytogr. T.* 144. *fig.* 1. & fortè ſit Abavus Æthiopicus *Bello. J B. Tom.* 1. *lib.* 1. *fol.* 109. àn Baobabifera arbor *Alpini* de Pl. *Ægypt. fol.* 66.

Arbor *Orientalis* digitatis *Samounæ* foliis, ſerratis, floribus ſtamineis in ſpicam pendulis, fructu oblongo quadrilatere coronato. Jambos Sylveſtris, Samſtravadi dictus, alter *Raii Hiſt. Pl.* 1480. Tsjeria Samſtravadi. *H M. P.* 4. *Tab.* 7.

Arbuſcula *Æthiopica* hexaphylla, *s.* Lauri Stapelianæ foliis, ſericeâ lanugine obductis, circà caulem ad intervalla ſenis. *Phytogr. Tab.* 265. *fig.* 3. Domino *Alexandro Brown* debemus.

Arbor venenata, Lyſimachiæ luteæ in modum trifoliata ex Inſulis *Caribæis*. àn Tangaraca 1. *Piſonis fol.* 301. Ervo de Rato. *Marcg. lib.* 2. *fol.* 60. *Phytogr. Tab.* 144. *fig.* 3.

Arbor *Americana* triphylla, fructu Platani quodammodò æmulante, Lignum fibularium (i. e.) **Buttonwood** noſtratibus dicta. *Phytogr. T.* 77. *fig.* 4. De Scabioſarum eſt genere; & verius nominari poſſit Scabioſa dendroides *Americana* triphyllos, &c. Hùc fortè ſpectat Katou Tsjaka. *H M. P.* 3. *Tab.* 33.

Arbor Ulmifolia *Jamaicenſis* baccifera, foliis ternis, ad nodos circa caulem ambientibus. *Phytogr. Tab.* 266. *fig.* 5.* fortè Tlahueliloca Quahuitl *Mexicenſibus.* (i. e.) Arbor Inſaniæ, *Caragna* nuncupata. *Hernandez.* apud *Recc.* lib. 3. fol. 56. Cujus Iconem videſis apùd eundem *Reccum.* fol. 455.

Arbor aromatica è *Cormandél* Laurinis foliis binis, terniſve noſtra *Raii Hiſt. Pl.* fol. 1801. *Phytogr. T.* 14. *fig.* 5. *V. acta Philosoph. anni 1700. pag. 586.*

Arbor *Jamaicenſis* denſiori Tiliæ folio triphyllos, floribus coactiùs, *s.* ſpiſſiùs diſpoſitis. *Phytogr. T.* 267. *fig.* 3.* Eadem quæ *Phytogr. noſt T.* 147. *fig.* 5. adpoſita eſt; ſed hæc multò perfectior Icon. Hujus folia, ſunt guſtu acria & aromatica.

Arbor *Americana* teneriori folio, floribus circà ramulos veluti corymboſis, ex Inſulâ *Jamaicenſi. Phytogr. T.* 147. *fig.* 4.

Arbor *Americana* triphylla, numeroſis ſtaminulis, purpureis apicibus præditis, floris umbilicum occupantibus. *Phytogr. T.* 147. *fig.* 6. Hùc fortè ſpectat Nyrvala *H M. P.* 3. *T.* 42.

Arbuſcula *Jamaicenſis* Ælæagni foliis ternis, communi pediculo longiſſimo inſidentibus. *Phytogr. Tab.* 266. *fig.* 4. *

* *Vid. Emend p.* 399.

Arbor

Arbor Venenatæ quorundum ſimilis trifolia, è *Maderaſpatan.* àn Katou Mail-elou. *HM. P.* 5. *Tab.* 2. *Raii Hiſt. Pl.* 1801.

Arbuſcula *Jamaicenſis* baccifera, Hederæ *Virginianæ* triphyllæ foliis craſſioribus ſubtùs lanuginoſis. *Phytogr. Tab.* 267. *fig.* 4. Molaga maram. *HM. P.* 5. *T.* 25. huic maximè convenit.

Arbuſcula *Barbadenſis* amplexicaulis triphyllos, Mail-elou *Malabaricæ* foliis tenerioribus, & petiolis alatis. *Phytogr. T.* 145. *fig.* 4.

Arbuſcula volubilis *Americana,* ſubrotundis Caſſiæ fiſtulæ foliis lætè virentibus. *Phytogr. Tab.* 146. *fig.* 3. Arbori Mandathiæ *Ind. Orient.* haùd abſimilis, *Barbados* Inſulâ, in ſepibus frequens. àn Colubrinum lignum tertium *Garciæ,* foliis Lentiſci, *J B*? àn Lauri facie *Curaſſavica* Volubilis fructu Mori, radice croceâ, &c. *Hort. Beaum.* Rubi vel Mori fructu *Americana* Arbor foliis Laurinis *Morillie* vulgò: *P B P.* Hujus ramulum ex Inſulâ *Barbadenſi,* modò cum aliis quampluribus exſiccatis Plantis exoticis, ab honeſto Viro *Jacobo Reede* in *Angliam* primò allatum obſervavimus.

Arbuſculum *Americanum* amplexicaule, Ceraſi folio corymboſum. *Hort. Chelſeiano* in hodiernum viget. *Phytogr. Tab.* 146. *fig.* 2.

Arbor *Americana* convolvulacea. Broadleafe (i. e.) Platyphyllos *Barbadenſibus* dicta, foliis ſerratis. *Phytogr. Tab.* 146. *fig.* 1.

Eadem foliis non ſerratis.

Arbor Vitæ, *Park. Theatr.* Arbor Vitæ, *s. Paradiſiaca* vulgò dicta, odorata ad *Sabinam* accedens. *J B. T.* 1. *l.* 9. 286. Thuya *Theophraſt. C B P.* 488. Arbor Filici ſimilis *Oviedo.* Thuyæ genus tertium. Arbor Vitæ *Gallis.* Hiſt. Lugd. fol. 60. *Hæc Arbor è Canadâ Franciſco primo Galliarum Regi Arboris Vitæ nomine oblata; fortaſſe ab odoris vehementiâ, vel ob immortalem ejus comam, ſic dicta.*

Arbor *Americana* Morifoliâ vaſculo ſeminali verrucoſo, Coni æmulo ovali, Balſamum olente. *Phytogr.* vid. *Cenchramidea ejuſd.*

Arbor amara falsò dicta. vid. *Agerato affinis.*

Arbor *Braſilia Theveti. Hiſt. Lugd.* vid. *Acacia.*

Arbor *Indica* Fraxino ſimilis Oleæ fructu. *C B P.* vid. *Olea Malabarica.*

Arbor *Indica* Fraxini folio, cortice ſpinoſo *Raii.* vid. *Chriſtophoriana.*

Arbor *Indica* ſpinoſa muricatis ſiliquis, *Park.* vid. *Acacia glorioſa.*

Arbor exotica ſpinoſa foliis Lentiſci *C B P.* vid. *Acacia.*

Arbor exotica Lentiſci folio. *C B P.* vid. *Moringa.*

Arbor *Indica* Juglandis folio Balſamifera. *Hort. Lipſ.* vid. *Balſamifera.*

Arbor lanigera ſpinoſa *Malabarica Commelin.* vid. *Goſſipium.*

Arbuſcula *Americana* Limoniæ fructum ferens *Jamaicenſibus Pinguin* dicta. vid. *Cucurbitifera.*

Arbor *Mexicana* fructu Caſtaneæ coccifera, *C B P.* vid. *Orleana.*

Arbor Platani folio, fructu Peponis magnitudine eduli, *P B P.* vid. ~~*Cucurbitifera.*~~ *Ficus.*

Arbor Saponaria *Americana Raii.* vid. *Prunifera.*

Arbor Sancti *Thomæ, s.* Aſſitra *Zanono Breyn.* vid. *Mandaru.*

Arbor Solis Zeylanenſibus. vid. *Alcea Indica.*

Arbor trifolia *Indica. J B.* vid. *Phaſeolus.*

Arbor

Arbor Venenata quorundam. *H R P.* vid. *Hedera trifolia.*
Arbuſcula exotica, foliis umbilicatis, Pada-Kelangu, nuculam Nuculæ *Indicæ* ſonoræ *Joh. Bauhini* ſimilem, ferens. *Breyn.* vid. *Nux.*

ARBUTUS folio ſerrato. *C B P.* 460. Arbutus Comarus *Theophraſti J B. T.* 1. *l.* 1. *fol.* 83. Unedo *Plinii* vulgò.
Arbutus *Attica* foliis longioribus, & anguſtioribus, levitèr crenatis. *à præcedenti diverſa videtur.*
Arbutus ſerratis foliis *Canarina*, cortice circumrupto, ſivè duodecies Anni ſpatio, corticem abjiciens, ex Inſula *Tenerifa* nobis eſt allata.
Arbutus folio non ſerrato. *C B P.* 460. Adrachne *Theophraſti. J B. T.* 1. *l.* 1. *fol.* 87. Adrachni, ſive Portulaca *Theophraſti. Proſp. Alpin. exot. fol.* 7: Hujus ut & penultimæ ramulum, in *Greciâ*, propriâ manu collectum, nobis munere donavit Spectatiſſimus & admodùm Reverendus Vir D. *Georgius Whelerus Eques auratus* & in Eccleſiâ *Dunelmenſi* Prebendarius digniſſimus.
Arbutus anguſtiori folio non ſerrato ex *Inſulis Fortunatis.* Aut potiùs Ceraſus *Canarienſis* Adrachne foliis magis acuminatis, fructu parvo, Fragiformi, monopyreno. àn Morocoks *Virginienſibus* dicti ; qui ſunt Fructus Fragis admodùm ſimiles, & Ceraſis noſtratibus plurimùm diverſi. *Ogilv. Americ.* 196.
Arbutus non Arbutus *Virginiana* vulgò. vid. *Meſpilus.*

AREALU. vid. *Ficus.*

ARECA, *s.* Faufel. vid. *Palma.*

ARENARIA, *J B.* vid. *Alſine.*

ARIA-BEPOU, *H. M.* vid. *Olea Malabarica.*

ARISTOLOCHIA Clematitis *Ind. Orient.* àn Ariſtolochia Clematitis non vulgaris. *J B. T.* 3. *l.* 32. 561. Hujus neminem facere mentionem ſcripſit *Cluſius* (cum *Hiſpanicarum* quarund. Stirpium Hiſtoriam publici juris faceret) prætèr unum *Bellonium*, qui eam, Obſ. lib. 1. cap. 17. in *Creta* ſe obſervaſſe ſcribit. Ariſtolochia Clematitis altera *Hiſpanica*, *Lob. Obſ. fol.* 333. & *Icon. fol.* 608.
Ariſtolochia Clematitis è Monte *Hymetto*, foliis minoribus in extremo bifidis, *Whelerî Itinerar.* lib. 6. fol. 414. ab *Inventore* accepi.
Ariſtolochia Clematitis *Gangetica*, foliis in aculeum abeuntibus, radice odoratiſſimâ. àn Ariſtolochia Clematitis *Indica*, odorata. *B P B. Addend.* Careloe-Vengo. *H M. Part* 8. Sacſanda *Zeylonenſibus.* Volubilis *Gangetica* ſapore acri, & aromatico. *Phytogr. T.* 69. *fig.* 5.
Ariſtolochia Clematitis *Biſnagarica*, ſpinis gemellis aculeata, *s.* Volubilis talis, *Phytogr. ibid. fig.* 6.
Ariſtolochia Piſtolochia dicta, *C B P.* 307. Ariſtolochia polyrrhizos. *J B. T.* 3. *lib.* 32. 561.

Ariſtolochia Piſtolochia dicta *Cretica*, Smilacis folio ſempervirens. *Hort. Leyd.* 59. Piſtolochia *Cretica* ſempervirens. *Park. Theatr.* 292. Piſtolochia *Cretica. CBP.* 307. Ariſtolochia Piſtolochia altera. *JB. T.* 3. *l.* 32. 563. Ariſtoloch. *Cretica, s. Virginiana Ger. emac.*

Ariſtolochia *Maurorum. C B P.* Ariſtolochiæ ſimilis Rhaſut & Rumigi *Maurorum. JB.* Ariſtolochia peregrina *Rawolfio. Cluſ.* Hanc elegantiſſimam Ariſtolochiæ ſpeciem conſpeximus tantùm inter Collectaneas *Rawolfianas*, in manibus Reverendiſſ. D. D. *Voſſii* apud *Windſoram* Prebendarii digniſſimi.

Ariſtolochia Polyrhizos, auriculatis foliis *Virginiana*; *Phytogr. T.* 78. *fig.* 1. fortè Polyrrhizos *Virginiana. Park. Theatr.* 420. Serpentaria altera *Virginiana*, vulgò.

Ariſtolochia Violæ fruticoſæ foliis, *Virginiana*, cujus Radix Serpentaria dicitur. *Phytogr. T.* 15. *fig.* 2.

Ariſtolochia Piſtolochia, *s.* Serpentaria *Virginiana*, caule nodoſo. D. *Baniſter. Phytogr. Tab.* 148. *fig.* 5.

ARTEMISIA *Chinenſis* cujus Mollugo *Moxa* dicitur. *Phytogr. T.* 15. *fig.* 1. Fortè Ytzecuinpatli *Nov. Hiſp. Terent.* apud *Recc.* 446. àn Artemiſia *Virginiana*, *Park. Theatr.* fol. 90. *Moxam vero tàm celebrem in curatione Podagræ per uſtionem nihil aliud eſſe quàm Molluginem Artemiſiæ oſtenditur in Ephem. Germ. Ann.* 11. *Obſ.* 6. *& clarè demonſtratur in Tractatu ſingulari de hujuſmodi Curatione per eruditiſſ. D. D. ten Rhine.*

ARUM *Braſilianum* arboreſcens, folio Sagittariæ. *P B P. Plumier.* Deſcript. Plant. *Americ. T.* 60. & *T.* 51. *fig.* 9. Aninga-iba. *Piſon. l.* 4. *cap.* 49. *fol.* 220.

Arum cauleſcens, Cannæ *Indicæ* foliis, *Plumier. T.* 61. & *T.* 51. *fig. h.* Aninga altera *Braſiliana Piſonis.* ibid.

Arum cauleſcens, Rumicis agreſtis foliis ſibi invicèm implicitis, *Virginianum.* Dracunculus major *Matthioli*, lib. 2 cap. 160. Dracunculus Biſtortæ folio. *C B P.* 194. *Ubi hunc ſe nec dùm vidiſſe, ingenue fatetur Graviſſimus Autor, de quo Dodonæus. Edit. Lat. àn in rerum naturâ ſit, dubitat. Et ſi ſit, Biſtortæ ſpeciem eſſe: At Adverſaria inveniri negant*; *Guiland. in ſuo Theo. quæſito prætextu, ut doctior videretur, Matthiolum, tantum virum, & de re herbariâ optimè meritum, effinxiſſe ſcribit. Sed de Clariſſimo Matthiolo me longè meliora augurari juvat, cùm & ejuſdem Plantæ ex Virginiâ nobis allatæ, veram effigiem præſtare licet.* Hujus caulis interdùm maculatus, interdùm non, aliorum penis eſt albus, aliorum ater, ſicut in Vulgari Aro. vid. *Phytogr. Tab.* 271. *fig.* 1.

Arum majus *Veronenſe.* Lob. Arum venis albis. *C B P.* 195.

Arum *Arabicum* flore maculato. *Hort. Oxon.* D. *Sherard.*

Arum maximum *Zeylanicum*, foliis nervoſis. *P B P.* 314.

Arum maxim. *Ægyptiacum*, quod vulgò Colocaſia. *C B P.* 195. Colocaſia *Cluſio. JB. T.* 2. *l.* 19. 790. Culcas, *s.* Colocaſia. *Pr. Alpin. de Plant. Ægypt.* pag. 101. àn Colocaſſia macrorhiza (i. e.) longæ radicis ejuſd. *Pr. Alpin. exot.* fol. 230. Hoc eſt ſterile genus.

Arum *Ægyptiacum* florigerum & fructum ferens, radice magnâ orbiculari. Colocaſſia Strogylorhiza (i.e.) rotundæ radicis. *Pr. Alpin. exot. lib. 2. cap. 18. fol. 236.* Colocaſſia *Ægyptia* florida, *s.* Culcas. *Veſling in Alp. fol.* 38. Arum *Ægyptium* multiflorum *Fab. Col. ecphras. Part. 2. fol.* 1. Arum *Ægyptiac.* rotundâ & longâ radice vulgò Colocaſia dicta, *Park. Theatr.* 374. *Qui aliorum veſtigia inſiſtens, has duas Plantas inter ſe vere diverſas male confundit.* Fortè Arum *Ægyptium* flore albo, Moſchum olente. *Hort. Leyd.* Arum *Africanum* flore albo odorato, *P B P.* 314.

Arum minus *Bengalenſe*, Colocaſiæ foliis; àn Talaſſe *Indorum Linſchotani, Ind. Orient. Part* 4. *Tab.* 15. Fortè Arum *Zeylanicum* minùs, cauliculis viridantibus, foliis Colocaſiæ ſimilibus. *Hort. Med. Amſtel.* 37.

Arum *Zeylanicum* minus, Colocaſiæ facie, pediculis punicantibus. *P B P* 315.

Arum *Annabonenſe* pumilum. *Hort. Beaum.* fol. 9. Tliltollin *Nov. Hiſpan. Terent.* apud *Recc. fol.* 430. àn Parva Kelangu. *Hort. Malab. Part.* 11. *Tab.* 15.

Idem foliis Lapathi *Bononienſis* in modum ſinuoſis, pediculis nigricantibus.

Arum minus *Zeylanicum* Sagittariæ folio, *P B P.*

Arum minus Sagittariæ foliis ex Inſulâ *Barbados. Phytogr Tab.* 149. *fig.* 2. àn Arum montanum. *Pr. Alpin. extot. p.* 335. Fortè etiàm Arum aquaticum *Virginianum* foliis in acumine deſinentibus. *Baniſteri, Cat. Virg. de hujus radice, Tockawaugh apud Ogilveium dicta, & aliis Tockahoe. panem conficiunt Indigenæ Virginienſes, ſicut olim Ægypti fecerunt de ſuâ Colocaſiæ radice.*

Arum Colocaſiæ dictæ ſimilis, radice arundinaceâ. Weli ila. *H M. P.* 11. *Tab.* 22. àn Dracontium (fortè) amplis foliis cordatis, radice nodoſâ rubrâ. *Plumier. Tab.* 63. Schine *Caribeorum* vulgò.

Arum paluſtre radice Arundinaceâ. *Hort. Leyd.* 61. Dracunculus paluſtris, *s.* radice Arundinaceâ. *Plinii C B P.* 195. Dracunculus aquaticus *J B. T.* 2. *lib.* 19. *fol.* 789.

Arum aquaticum *Virginianum*, foliis longis fluctuantibus, pene non cucullato. àn Colocaſia hederacea ſterilis anguſtifolia. *Plumier. deſcript. Pl. Americ. Tab.* 54. & *Tab.* 51. *fig.* c. *Noſtra autem non eſt ſterilis. Hujus enim fructus Ocoughtanamins ſecundùm Ogilveium Americ. vel ut noſtrates pronuntiant, Kuttanemmons ab Indignis nuncupatur, & Capparibus ſunt ſimiles.* Fortè Capparibus ſimiles baccæ in *Virginiâ C B P.* 488. fortè etiàm Sacquenummener baccæ Plantæ, quæ in ſtagnantibus aquis reperitur. *Part.* 1. *Ind. Occid.* Cappari ferè ſimilis Alhaut. *J B. T.* 2. *l.* 14. *fol.* 66 ?

Arum moſchatum Ophiogloſſoides, *s.* pene nudo *Jamaicenſe*; àn meliùs Ophiogloſſum moſchatum *Jamaicenſe*, Limonii foliis in extremo ſinuatis. *Phytogr. Tab.* 77. *fig.* 6. Fortè Saururus humilis, folio carnoſo ſubrotundo. *Plumier. deſcript. Pl. Americ. Tab.* 70.

Arum humile *Ariſarum* dictum latifolium, piſtillo brevi, incurvo, obtuſo. *Hort. Leyd.* 60. Ariſarum latifol. *Park. Theat.* Ariſarum latifol. quibuſd. *J B. Tom.* 2. *lib.* 19. 786. Ariſarum latifol. alterum. *C B P.* 196. Ariſarum latifolium majus. *ejuſd. ibidem.*

Arum humile *Ariſarum* dictum anguſtifolium, piſtillo longiſſimo, tenui, inflexo, mucronato. *H. Leyd.* 60. Ariſarum anguſtifolium. *J B. Tom.* 2. *lib.* 19. 787. Ariſarum longifolium. *Park. Theatr.* Ariſarum anguſtifolium *Dioſcoridis* (fortè) *C B P.* 196.

Arum humile *Virginienſe* triphyllum. *Phytogr. Tab.* 148. *fig.* 6. àn Arum triphyllum humilius & minus. *P B P.* 315.

Arum triphyllum majus, & elatius *Braſilianum. P B P.* 315. Dracunculus, *ſ.* Serpentaria triphylla *Braſiliana. C B P.* 135. *Dodart. Memoir.* 81. Ariſarum triphyllum pene viridi. *Baniſt. Cat. Stirp. Virgin.* apud *Raii Hiſt. Pl.* 1926.

Arum, *ſ.* Ariſarum triphyllum minus, pene atro-rubente *Virginianum. Phytogr. Tab.* 77. *fig.* 5.

Arum, *ſ.* Ariſarum *Virginianum*, Dracontii foliis, pene viridi, longo, acuminato. *Baniſteri, Phytogr. Tab.* 271. *fig.* 2.

Arum polyphyllum, *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, caule maculato, majus, & elatius. *Hort. Leyd.* 60. Dracunculus polyphyllos. *C B P.* 195. Dracunculus major vulgaris. *J B. T.* 2 *l.* 19. 789. Fortè etiàm Erva de Sancta *Maria*, *ſ.* Dracunculus major. *Piſon.* 240.

Arum polyphyllum, *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, foliis venis albis elegantèr ſtriatis.

Arum polyphyllum, *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum; *Sirinamenſe*: caule atro-rubente, glabro, & elegantèr variegato. *Hort. Beaumont.* àn Arum polyphyllum, *Dracontium* & *Serpentaria* dictum, folio ramoſo, Pæoniæ inſtar, caule levi. *P B P.* Arum majus maculatum foliis laciniatis, quâlibet laciniâ, rursùs multiſciſsâ. *Phytogr. Tab.* 149. *fig.* 1.

Idem caule aſpero ex Inſulâ *Zeylon. B P B.* Mulenſchena. *H M. P.* 11. *Tab.* 19.

Arum polyphyllum, *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, *Ceylonicum*, caule glabro, viridi, diluto, maculis albis notato. *H. Amſt.* Schena. *H M. P.* 11. *Tab.* 18.

Arum *Americanum* polyphyllum, *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, Ambaiibæ foliorum diviſuris. Dracontium hederaceum polyphyllum. *Plumier Deſcript. Plant. Americ. Tab.* 64.

Arum polyphyllum, *Dracunculus* & *Serpentaria* dictum, caule non maculato, minus, & humilius. *H. Leyd.* forte Hoaca-xochitl *Nov. Hiſpan. Terent.* apud *Recc.* 377. àn Arum Malabaricum minùs polyphyllum, radice globoſa. *Commelin. in Not. H M. P.* 11. *Tab.* 21. Kataſchena, quaſi diceres, Schena ſylveſtris. ejuſd. *H M.* ubi ſuprà. Hùc for è ſpectat Pentaphyllum *Indicum*, quod in hortulis D. *Nicolai Colii* inventum eſt apud *Cluſ. exot. lib.* 4. *cap.* 18.

ARUNDO ſativa quæ λόνξ *Dioſcoridis* & *Theophraſt. C P B.* 17. Arundo maxima & hortenſis. *J B. Tom.* 2. *lib.* 18. 486. Harundo Donax. *Park. Th.* Arundo Donax *Cypria. Dod.*

Arundo Saccharifera. *C B P.* 18. Arundo Saccharina. *J B. T.* 2. *lib.* 18. 531. Harundo Saccharifera. *Park. Theatr. Folia habet Typhæ paluſtris æmula, paniculam quodammodo Melicæ ſimilem, & (monente D. Doody) pappeſcentem*: Arundo Saccharifera *Viba*, & *Tacomareé Braſilienſium. Piſon.* lib. 4. cap. 1. *Canna d'Azuquare Luſitanis.*

Arundo

Arundo *Indica* variegata, *s. Laconica* Theophraſto. *Cornut. de Plant. Canad.* 55.
Arundo arborea *Mambu* vel *Bambu* dicta. Arundo Mambu, cum ſuo Sacar. *s.* Tabaxir. *Piſonis Mantiſſ. Arom. cap.* 10. Arundo arbor in quâ humor lacteus gignitur qui *Tobaxir Avicennâ* & Arabibus dicitur. *C B P.* Tabaxir, *s. Mambu* arbor. *J B.* Canna ingens *Mambu* vel *Bambu* dicta. *Park. Th.* Ily. *H M. Part* 1. *fig.* 16.
Arundo arborea Bambu ſpecies altera. *Raii Hiſt.* 1316. Beeſha, *H M. P.* 5. *Tab.* 60.
Arundo nucifera *Rotang* dicta, fructu ſpadicei coloris, ſtriis purpureis venuſtè teſſulato. Arundo *Rotang* dicta. *Piſon. Mantiſſ. Arom.* fol. 188. Fructus ſquammoſus minor, Avellanæ magnitudine. *C B P.* Fructus peregrinus ſquammoſus ſecundus parvæ Avellanæ nucis magnitudine. *Cluſ.* Itèm Fructus exilis Cannæ de *Bengala* creditus, ejuſd. *Cluſ. exot. lib.* 2. *cap.* 3. *fig.* 2. Fructus Cannæ de *Bengalâ*. *J B T.* 1. *l.* 3. *fol.* 402. *
Arundo *Indica* latifolia, ejuſque ſpecies. *C B P.* vid. *Canna Indica.*

ASARINA Lobelii, vid. *Pedicularis.*
Aſarina major *Curaſſavica.* Et Aſarina minor *Ceylanica. P B P.* vid. *Ranunculus.*

ASARUM. *C B P.* 197. *J B. T.* 3. *lib.* 32. 548. Aſarum vulgare. *Park. Theatr.* 266.
Aſarum majus *Americanum*, ſubhirſutis foliis in mucronem productis. Aſarum *Canadenſe Cornut. de Pl. Canadenſib. fol.* 24. Aſarum *Americanum. Park. Theatr.* 266. Aſarum *Americanum* majus, *H R P.* 25.
Aſarum *Virginianum*, Piſtolochiæ foliis ſubrotundis, Cyclaminum more maculatis. *Phytogr. Tab.* 78. *fig.* 2. Aſarum Cyclaminifolio, *Virginiana, Baniſteri Cat. Stirp. Virgin.*
Aſarum è Terrâ *Mariana*, Violæ luteæ, vel Aſarinæ foliis; Serpentaria nigra, **Black Snake Root**, noſtratibus dicta. *At reverâ malè cognominatur Aſarum; cum potiori jure ſit de Plantis corymbiferis, ut jam ſuſpicor; & forte Herba iſta Braſiliana quæ ob alexiterias ſuas virtutes, nomen Ipecacuanha ſibi vendicat; & Caa-apia Indigenis vulgò nuncupatur.* Caa-apiæ altera ſpecies. *Piſon. lib.* 4. *fol.* 232. Bellis *Braſiliana, Raii Hiſt. Pl. hujus picturam habes in Phytogr. Tab.* 15. *fig.* 3.

ASCLEPIAS flore nigro. *C B P.* vid. *Apocynum.*

ASCYRUM ejuſque ſpecies. *C B P.* vid. *Hypericum.*

ASPALATHUS ſecunda Monſpelienſis. *J B.* vid. *Geniſto-ſpartium.*
Aſpalathus ſecunda trifolia: *J B.* vid. *Cytiſo-ſpartium.*

ASPARAGUS ſativa. *C B P.* 489. Aſparagus domeſtica. *Moriſon. Hiſt.* 2. *fol.* 3. Aſparagus hortenſis. *J B. T.* 3. *lib.* 36. 725.
Aſparagus ſylveſtris, tenuiſſimo folio, *C B P.* 490. Aſparagus pratenſis, *J. B. ibid.*

* *Hujus Folia et Flores repræsentantur in Phytogr. Tab.* 106. Aſparagus *fig.* 1. *et* 2. *sub titulo Phœnico-Scorpioidis seu Heliotropii, etc. Vid. Acta Philos. Anni* 1698. *p.* 326.

Aſparagus maritimus craſſiore folio, *C B P. ibid.* Aſparagus marinus, *J B. ibid.*
Aſparagus foliis acutis, *C B P. ibid.* Corruda, *J B. T. 3. l. 36. 726.* Corruda prior, *Cluſ. Hiſt. Pl.*
Aſparagus aculeatus tribus, aut quatuor ſpinis ad eundem exortum, *C B P.* Aſparagus petræus, *s.* Corruda aculeata. *Park. Theatr.* Corruda altera. *Cluſ. Hiſt. lib. 5. fol. 178.*
Aſparagus aculeatus minor ſarmentoſus, è *Maderaſpatan. Phytogr. Tab. 15. fig. 4.*
Aſparagus aculeatus maximus ſarmentoſus, *Ceylanicus, H. Leyd.* Schada-veli-kelanga, *H M. P. 10. Tab. 10.*
Aſparagus aculeatus, triplice ſpinâ ſurrectus, *Prom. Bon. Spei. Phytogr. Tab. 78. fig. 3.* àn Aſparagus aculeatus *Africanus, H. Leyd.* Aſparagus ſylveſtris ſpinoſa *Africana, H. Amſtelod.* Corruda (fortè) ſpinis horrida, foliis Aſparagi ſylveſtris *Africana. Breyn. Faſcic. Rarior. Plantar.* nunc colitur in *Hort. Reg. Hamptonienſi.*
Aſparagus aculeatus ſpinis horridus, *C B P.* Aſparagus ſpinoſus, *s.* Corruda ſpinis horrida, *Park. Theatr.* Corruda 3a. *Cluſ.* ibid. Corruda *Africana* Hippuris facie *Breyn. Faſcic. Rarior.* ex *Africæ* Oris ab Ornatiſſimo Viro D. *Johanne Fiſhwicke* ad nos allata eſt.
Aſparagus (fortè) aculeatus major, ſpinas plurimas ab eodem exortu, pro foliis ferens. *Phytogr. Tab. 15. fig. 5.* àn Aſparagus aculeatus *Siculus, Raii Hiſt. app.* 1877. à ſuprà laudato Viro D. *Fiſhwicke* ad Mare *Mediterraneum* collecta eſt hæc rara & minùs cognita ſpecies, qui nobis amicè impertivit. *àn vera & genuina Aſparagi ſpecies ſit, profecto neſcimus, cùm nunquàm ſeſe Obtulerit fructus.* Fortè Drypis *Theophraſti Anguillaræ, Lob. Obſ.* 460. *J B. T. 3. l. 36. 728.* Spina umbellâ foliis viduâ, *C B P.* 388.

ASPERULÆ (fortè) congener, Planta peregrina. *Phytogr. Tab.* 149. *fig.* 3. hujus picturam *Illuſtriſſimi Comitis Portlandiæ* favore, ex *Codice* ſuo plurimis rariorum & exoticarum Plantarum Iconibus, vivis coloribus elegantiſſimè manupictis, inſtructo accepimus.

ASPHODELUS major ramoſus flore albo, *J B. T. 2. lib. 19. 626.* Aſphodelus major albus ramoſus, *Park. Th.* 1218. Aſphodelus albus ramoſus mas, *C B P.* 28.
Aſphodelus major flore albo non ramoſus, *J B. T. 2. 625.* Aſphodelus non ramoſus, *C B P. Park. Paradiſ.*
Aſphodelus luteus, & flore & radice, *C B P.* 28. Aſphodelus folio fiſtuloſo, ſtriato, non ramoſus, luteus, & flore, & radice. *Moriſ. Hiſt. 2.* 331. Aſphodelus luteus, *J B. T. 2. lib. 19. 632.*
Aſphodelus luteus Autumnalis elatior, ſpicâ florum prælongâ, gracili. àn Aſphodelus autumnalis, *s.* major, *Camerar. Hort. Med.* 23. Aſphodelus autumnalis, *C B P.* 28.
Aſphodelus ſpurius elatior Alpinus, floribus ex herbaceo palleſcentibus. Pſeudo-aſphodelus minor, *s.* pumilio, folio Iridis, *Cluſ. Pann. s.* ſecunda, *Cluſ. Hiſt.* 198. Pſeudo-aſphodelus Alpinus, *C B P.* 29. Pſeudo aſphodelus minor folio Iridis, *Park. Theatr.* 1217.

Aſphodelus

Aſphodelus ſpurius paluſtris, *Anglicus*, Acori foliis. Pſeudo-aſphodelus paluſtris, vulgaris, noſtras. *Raii Hiſt. Pl.* 1195. Pſeudo-aſphodelus primus, vel major. *Cluſ. Hiſt.* Pſeudo-aſphodelus paluſtris, *Anglicus*, *C B P.* 29. Aſphodelus luteus Acori foliis, paluſtris *Anglicus*, *Lobelio. J B. T.* 2. *l.* 19. 633. Aſphodelus *Lancaſtriæ* verus *Ger. emac. deſcript.*

Aſphodelus ſpurius minimus paluſtris *Scoticus.* Pſeudo-aſphodelus paluſtris *Scoticus* minimus, *Raii. Hiſt.* 1195. àn Pſeudo-aſphodelus paluſtris, *Scoticus*, *C B P.* 29.

Aſphodelus bulboſus, *Dodonæi*, *J B.* vid. *Ornithogalum.*

Aſphodelus *Allobrogicus*, magno flore Lilii. Herm. vid. *Phalangium.*

Aſphodelus foliis fiſtuloſis, *C B P.* vide *Phalangium.*

ASSITRA *Zanoni*, vid. *Mandaru.*

ASTER *Sirinamenſis* & *Carolinienſis*, ſubrotundis Baccharidis foliis, lanugine obductis; ſub nomine Tea primò miſſus, *Phytogr. Tab.* 149. *fig.* 5. *Ex hujus Fruticis foliis Tincturam (mediante aquâ calidâ) eliciunt Floridani quâ potionem Caſſine illis dictum, potui* Thea *haùd abſimilem pro ſuis parant, indè à noſtratibus Colonis nomen* Tea *huic plantæ inditum opinor, & per errorem idem eſſe cum Orientali à quibuſdam habetur*, vid. *Ogilv. Amer.* 206. & 219. Herba Caſſiana famem ſitimque retardans, *J B. T.* 3. *l.* 34. 631. Caſſiana herba, è cujus ſucco, potionem conficiunt in *Floridâ*, *quam bibunt*, *ubi in locum periculoſum ſe conferunt*, *quo famem & ſitim per horas* 24 *tollunt. Part* 2. *Amer. Navigat.* 4. Hanc perperàm inter *Nicotianas* enumerat *Caſp. Bauhinus*, *in Pinac.* 170.

Aſter *Novæ Belgiæ* latifolius, umbellatus, floribus dilutè violaceis, *H. Leyd.* 65.

Aſter *Novæ Belgiæ* latifolius, paniculatus, floribus ſaturatè violaceis, *H. Leyd.*

Aſter *Novæ Angliæ* altiſſimus, hirſutus, floribus omnium maximis, purpuro-violaceis, *P B P.* 315. àn Aſter *Novæ Angliæ* hirſutus, floribus majoribus ſaturè violaceis *Dominæ de Flines*, *Sch. Bot.* 204.

Aſter *Americanus* latifolius maximus puniceis caulibus. *Dnæ. de Block. H. Leyd. app.* 649. Aſter ſerotinus, ramoſus alter, flore purpuraſcente. *H R P.* 27. *Schol. Bot.* 203.

Aſter cæruleus præcocior, hirſutis foliis, per margines obitèr crenatis, floribus amplis. àn Aſter *Pyrenæus* præcox, flore cæruleo majore, *H R P.* 27. Aſter præcox, flore cæruleo majore, *H R B.* 24. *Dodart. Memoir.* 63.

Aſter *Atticus Italorum* florè purpureo, *Park. Th.* 132. Aſter *Atticus* cæruleus vulgaris, *C B P.* 267. Aſter *Atticus* purpureo & albo flore, *J B. T.* 2. *l.* 24. 1044.

Aſter *Atticus*, Alpinus alter, magno flore, *Sch. Bot.* 203. Aſter *Atticus* maj. flore cæruleo, *H. Eyſt.*

Aſter purpureus montanus, *J B. T.* 2. *l.* 24. 1046. Aſter Alpinus, cæruleo magno flore, *Park. Theatr.* Aſter Alpinus cæruleo flore, *s. 7us. Cluſ.* Aſter montanus cæruleus, magno flore, foliis oblongis, *C B P.* 267.

Aſteri montano purpureo ſimilis, vel Globulariæ, *J B. T.* 2. *l.* 24. 1047. àn Aſter alpinus, flore purpuraſcente, *Raii Hiſt. Plant.* 268.

Aſter

Aſter *Americanus* fruteſcens, Satureiæ foliis ſcabris, floribus amplis, ſaturatè Violaceis, *Phytogr. Tab.* 14. *fig.* 7. Hùc fortè ſpectat Tzitziqui *Nov. Hiſpan. Terent.* apùd *Recc. fol.* 435.

Aſter minor *Narbonenſium*, Tropolii flore, Linariæ folio, *Leb. Icon. Pl.* 349. Aſter *Atticus*, *Monſpelienſis* purpureus, anguſtioribus foliis, *J B. T.* 2. *l.* 24. 1045. Aſter Tripolii flore, *C B P.* 267. hujus accuratior Icon exhibetur in *Phytogr.* noſtrâ *Tab.* 271. *fig.* 3.

Aſter latifolius, Tropolii flore, *Dodart. Memoir.* 57. *H R P.* 27. Tripolium altiſſimum *Americanum*, caulibus viridantibus, *H. Leyd.* 608.

Aſter maritimus purpureus, Tripolium dictus, *Raii Hiſt. Pl.* 270. Tripolium majus & minus. *J B.* Tripolium majus, cæruleum, & minus, *C B P.* 267.

Idem flore niveo. Tripolium flore albo, *Breyn. Prodr.* 1. 52.

Aſter Autumnalis elatior, flore cæruleo minori, *H R P.* 27. Aſter elatior, flore cæruleo minore, *H R B.* 24. Aſter vulgò *Tradeſcanti.*

Aſter cæruleus ſerotinus fruticeſcens *Tradeſcanti*, *Raii Hiſt. Pl.* 269. Aſter ſerotinus anguſtifolius, *Canadenſis*, flore cæruleo, *H R B.* Aſter tenuifolius ramoſus *Canadenſis* flore minori violaceo, *Sch. Bot.* 204.

Aſter cæruleus *Americanus* non fruticoſus ſerotinus anguſtifolius, humilis flore amplo, floribundus, *Phytogr.* ~~*nondùm edit.*~~ *Tab.* 326. *fig.* 1. *V. Emend. p.* 399.

Aſter *Americanus*, Belvidere foliis, floribus ex cærulo-albicantibus, ſpicis prælongis, *Phytogr. Tab.* 78. *fig.* 5. àn Aſter *Novæ Angliæ*, Tripolii floribus, in ſpicis longis diſpoſitis, *P B P.* 315.

Aſter *Virginienſis*, anguſtifolius, ſerotinus, parvo albente flore, *Park.* 132. Aſter flore Bellidis ſylveſtris minoris, *H R B.* Aſter ſerotinus, procerior, ramoſus, Bellidis ſylveſtris flore, *H R P.* Aſter procerior, *Canadenſis* alter, Bellidis flore minore, *Sch. Bot.*

Aſter *Americanus*, multiflorus, flore albo Bellidis, diſco luteo, *Dominæ de Flines Sch. Bot. Phytogr. Tab.* 78. *fig.* 6. Aſter *Nov' Angliæ*, Linariæ folio, Chamæmeli flore, *P B P.* 316.

Aſter autumnalis *Americanus*, foliis latis, crenatis, parvo purpuraſcente flore, *H. Leyd.* Aſter *Virgineus*, latifolius, ſerotinus, purpuraſcente flore parvo, *Park.* 1676. Aſteriſcus latifolius, autumnalis, *Cornut. de Pl. Canad.* 4.

Idem folio longiori, *H R P. app.*

Aſter *Americanus* albus, caule ad ſummum brachiato, *Phytogr. Tab.* 79. *fig.* 1. *Si color florum, & foliorum conjugata poſitio, non obſtarent, hanc Tlaloceloxochitl Nov. Hiſpan. Terent.* apud *Recc.* 422. *eandem plantam eſſe ſuſpicaremnr.*

Aſter *Americanus* albus, Mezerei *Arabum* exaſperatis foliis, floribus penta-petalis reflexis, *Phytogr. Tab.* 79. *fig.* 2. àn Bellis Leucanthema, conyzoides, Ptarmicæ effigie, *Americana. Breyn. Prodr.* 2. 23.

Aſter *Africanus*, Stæchadis inodoræ foliis incanis, flore albicante, *Phytogr. Tab.* 15. *fig.* 7. Aſter *Africanus*, Stæchadis folio, noſter, *Raii Hiſt. Pl. app.*

Aſter exoticus, Hyoſeridis folio minore, *Phytogr. Tab.* 15. *fig.* 6. *Raii Hiſt. Pl. app.* Aſter parvus *Æthiopicus*, Chamæmeli floribus, Tamaricis *Ægyptiæ* foliis, tenuiſſimè denticulatis, *Phytogr. Tab.* 271. *fig.* 4.

Aſter

Aſter *Bengalenſis*, omnium minimus, ſummo caule biflorus, *Phytogr. Tab.* 15. *fig.* 8.
Aſter Conyzoides *Ind. Orient.* ramoſior, cauliculis ſparſis, *Phytogr. Tab.* 149. *fig.* 4.
Aſter anguſtifolius luteus, maritimus glaber. Conyza marina, *Hiſt. Lugd.* 1366. Conyza tuberoſa lutea, foliis anguſtis & rigidis. *Bot. Monſp.* 77. *Hæc verè Aſteris genus, ſub Chondrillæ Conyzæ facie, foliis anguſtioribus titulo, malè proponitur à Caſparo Bauhino in Pinac.* p. 130. *Edit Ann.* 1623. *in noviſſ. autem editione, planè omiſſa eſt. Apud exſiccatas rariores, in Hort. Patavino, à Cl. Viro D. D.* More, *multis abhinc annis collectas, ſub nomine Aſteris Perſicæ folio, conſpeximus.*
Aſter luteus anguſtifolius. *C B P.* 266. Aſter Conyzoides. *Geſneri, Obſ. Lob.* 188. Conyza marina. *J B. T.* 2. *l.* 24. 1055.
Aſter luteus Linariæ rigido, glabro, folio. *C B P.* 267. Aſter anguſtifolius, *s.* 6^tus. *Auſtriacus* 4^tus. *Cluſ. Hiſt. quoad deſcriptionem.* Aſter luteus auguſtifolius. *J B. Park. Theatr.*
Aſter montanus, luteus, Salicis, glabro, folio. *C B P.* 266. Aſter montanus foliis Salicis. *Park. Th.* Conyza media *Monſpelienſis*; quibuſd. Aſteris *Attici* genus, folio glabro, rigido. *J B. T.* 2. *l.* 24. 1049.
Aſter luteus, latifolius glaber, foliis rigidis, & minutiſſimè crenatis, *Phytogr. Tab.* 16. *fig.* 2. àn Aſter luteus, folio glabro, & crenato, *C B P*? *ubi Synonyma huic plantæ, à Caſparo Bauhino malè ſunt appropriata.*
Aſter peregrinus, Ciſti folio, non crenato, flore magno luteo, *Phytogr. Tab.* 16. *fig.* 2. àn Aſter odoratus, flore luteo ſtellato, exoticus? *H. Patav. à Turre.* 13 fortè Aſter Conyzoides luteus, perennis, *Icon Roberti.*
Aſter peregrinus, Ciſti anguſtiore folio, & magis acuminato, flore minore.
